




Griphi Ausoniani Enodatio

<https://hdl.handle.net/1874/416872>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


X. qu.

68











**me ioseph
ph qui et
ipē erat di
apulus ihu.
hic accessit
ad pylatū
et peccat c.
corpulū
hic pylat**

ne q' inuenerit q' di
mē m' regi que dicit
namanda in die of
polum. **ipē** artope
p' hēi statum iug.
ne fuit dignitatu
s' uito m' uoy' fua
u' ap' u' uum fuisse
ian' dicitur. q' quid
u' fuisse dicitur
u' u' fuit quippe ei
tule' exu' q' ex
d' n' sepe h'et d' n'
p' u' u' m' m' u' u'
dignus e' t' t' u' of
ficio. **yo.** **Jo.** **Jo.** **Jo.**
re' f' e' n' d' i' a' d' a' u'
se' p' u' u' of' u' u' u' u'
b' u' e' a' t' p' d' e' n' u' u'

ecce ab i' p' l' o' r' u' n' d' i' u' n' e' m' m' e' n' i' s' i' n' i' a' t'
f' r' u' i' t' d' n' i' . **h' e' a' u' t' h' i' c' h' i' c' p' u' r' t' e' s' f' i' l' i'
i' u' i' i' e' b' e' d' i' .** **l' e' g' e' a' u' t' a' p' l' o' r' i' s' a' m' a' b'
h' i' o' e' f' u' i' t' i' n' t' e' m' p' t' u' s' .** **h' e' t' a' c' u' s' d' e' h' i' s' s' e'
u' t' i' n' g' e' n' t' i' a' i' s' t' a' q' i' a' c' o' b' i' m' m' o' r' a' t' s' e' b' e'
u' t' f' u' i' t' u' x' o' r' a' l' p' h' e' i' t' a' s' e' r' o' z' m' a' r' i' e' .
u' i' u' s' d' n' i' q' m' a' r' i' a' c' l' e' o' p' h' e' . **h' o' .** **c' u' i' u' s' q'
o' u' e' m' o' r' a' t' .** **S' i' a' u' t' u' t' q' u' a' s' e' a' .** **u' i'
t' e' r' t' i' e' q' a' l' i' b' i' d' i' c' a' t' m' a' r' i' a' s' a' c' .** **u' i' o'
r' i' s' m' i' s' a' l' i' m' a' r' i' a' c' l' e' o' p' h' e' d' i' c' e' s' e' i' p'
t' u' e' o' s' u' e' t' i' d' i' c' i' m' e' e' u' i' d' e' b' o' m' i' s' .** **d' n' i'
s' i' s' u' o' i' b' i' .** **a' p' l' l' a' m' .** **h' i' c' s' a' g' u' e' l' s' e' c' u' i' u' o'
i' s' i' i' e' r' u' s' d' e' .** **a' g' .** **m' a' r' i' a' c' l' e' o' p' h' e' u' x' o' r'
a' l' p' h' e' i' s' .** **e' u' s' d' n' i' e' m' a' r' i' a' u' x' i' l' i' u' m' .**
u' o' u' s' . **q' u' i' s' i' m' i' s' e' t' d' o' m' i' n' u' s' e' a' u' t' u' t' u' n'
o' m' i' b' i' .** **l' e' x' i' s' i' n' t' e' m' a' l' t' i' s' .** **u' i' u' i' u' s' i' n' t' u'
g' l' i' a' .** **q' u' i' s' i' a' l' i' a' f' u' i' t' m' a' r' i' a' c' l' e' o' p' h' e' q'
a' l' i' a' m' a' r' i' a' s' a' c' o' b' i' e' t' i' o' s' e' p' h' i' u' s' i' n' i' s' u' i' .****

interim hinc q in ante conuicti sic eadem
de non p[ro]p[ri]am app[ar]et u[er]it[as]

N 122. C.

76

gle

Griphi Aufoniani Eno

datio per Franciscum Syluium Ambianatem.

Vnde Griphi verbis Io. Vacceus.

Asper erā: nodos mihi Syluius abstulit omneis:

Sic ego sum scyrpus qui modo Griphus eram.



*Donat. lib.
a Büchel.*

Vendatur in ædibus Ascensianis.



PRAEFATIO.

Francisci Syluii Ambianatis in cōmentarios
in Grifphon Aufoniū ad Nicolaū Syluium patrem
Præfatio.



Vnerorum rationi tribuisse potestatem multam
Pythagoras phibetur: quū ex numeris facta esse
omnia: sine numeris fieri nihil posse: cōstare nume-
ris atq; conseruari omnia autumauit. Sed impares
numeri auctore Plinio ad omnia vehementiores
esse putātur: vt castrensiū fossarum latitudinem
imparitati esse accommodandā Vegetius prodit.
Esse enim debere aut septem pedum/aut nouem/

Imparis
numeri vir-
tus.

Iod.
Clichtho-
ueus.
Ternarii
vis

aut vndecim/aut si maior hostium vis metuitur: septendecim præcipit.
Ism quoq; imparē numerū: vt par numerus immūdus est: ita mundū
esse Diuus Hieronymus tradit: de quo ecclesiasticos multos disputaſſe
memorię prodit: vt Clementem/Hiperpolytū/Origenem/Dionysium
Eusebiū/Didymū:& e latinis Tertullianum/Cyprianum/Victorinum/
Lactantiū/Hilariū. In quibus annumerandū censemus Iodocū noſtrū
Clichthoueuū in philosophicis atq; theologicis disciplinis grauissimū:
qui de mystica numerorum tam parium q̄ impariū significatione (qui
in sacris habentur literis) opus grauitate sua non indignū superioribus
his annis emisit. Ex imparibus autē numeris ternariū esse potētissimū:
eiq; virtute persimilem esse nouenarium: vtpote ex triplicato ternario
factum: plærifq; omnes asseuerant. Vt carmine ter repetito itinerum se-
curitatē aucupari solitū esse Plinius tradit. Preces & libamina tertio re-
peti Martianus Capella scribit. In magicis rebus numerum hunc non
aspērnat̄ur. Hinc Tibullus. Ter cane: ter dictis despue carminib⁹. Hinc
item Virgilius in Pharmaceutria.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore

Licia circundo: terq; hæc altaria circum

Effigiem duco. Numero deus impare gaudet.

Nec̄e trib⁹ nodis ternos Amarilli colores. Idē in libro Aeneidos quar-
to. Crines effusa sacerdos Tercetum tonat ore deos Erebuq; Chaosq;.

Sed prophānorum omiſſa superstitione nonne hanc ternariū positiō-
nem in scriptura passim inuenire est? Tres enim sunt: qui testimoniū
dant in Cælo: Pater: Verbum: & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.
Magi tres Christum natum visitarūt. Gloriosissima illa Domini resur-
rectio triduana fuit. Quoniam: vt Diuus ait Hieronymus: in toto tēpo-
re tertium tempus tunc apparuit. Primū enim tempus erat ante legem:
secundum sub lege: Tertium est sub gratia. Nouem dein sunt angelosq;

PRAEFATIO.

Ordines in tres hierarchias collecti. Hierarchiis angelorum singulis tres
 aptantur ordines. Postremę sunt angeli/archangeli/principatus: medię
 potestates/virtutes/dominaciones: Supreme throni/cherubimę & sera
 phim. Pretereo q̄ in mysterio Missę verba multa tricariorum repetuntur.
 Pretereo q̄ diuis per multis nouem dies faciunt supplicationes ii qui
 morbo aliquo ab eis curari sperant: quas nouenarias vulgo dicunt. No
 uendiale autem non inepte appellari putem: licet aliud esse nouendiale
 T. Liuius dixerit. Res preter hæc humanas feliciores fore/ac iucundio
 res putant: si ab eis ternarius nõ absit numerus. Hinc facta esse Galliam
 nostrã triplicem facile mihi persuadeã Togatam: Comatã: Bracchatã.
 Hinc item cisalpinam Galliam triplicem Celticam: Aquitanicam: Bel
 gicam. Quid Lilia ternario numero ad Reges nostros pro insigni cæli
 tus demissa cõmemorem? Adde q̄ sententia tribus facta vocabulis pu
 tatur esse cõcinnior. vt Sors omnia versat. Omnia vincit amor. Fugit
 irreparabile tempus. Eueniunt digna dignis. Paruum parua decent.
 Aliaq; hoc genus sexcenta. Emblemata quoq; vocabulis non faciunt
 pluribus: quale est illud nostrum. Virtus cordis alumna: vtq; sunt illa.
 ne quid nimis: noscete ipsum. Set de his hactenus. Quir autem patri
 meo hos nostros labores nuncupatos voluerim: paucis accipe. Istæc
 librorum ad aliquẽ dedicatio aut vtilitatis habitę iam aut speratę gratia
 aut amicitie/aut venerationis fieri solet. Proxime autẽ & secũdum deũ
 nemo est quis q̄: ex quo q̄ ex patre vtilitatẽ acceperim maiorem. Null⁹
 est quicũ arctiore deuinciat amore. Prima enim (vt author est Cicero)
 societas est in ipso coniugio: proxima in liberis. Primas item venerationis
 partes patri me debiturum nõ diffitear. Deinde imparem nume
 rum patris: parem matris appellatione Arithmeticos venerari Macro
 bius testis est. Hac igitur imparis numeri oblata nuncupatione patrem
 venerari mihi videor. Tertio a domo nostra ternarium non abesse nu
 merum mente colligo. Nam ex iisdem patre & matre profecti sumus
 ter quini: quorum tres fato iam concesserunt. Ter quaterni superantes
 viuimus: sexus muliebris tres sunt: virtus autem nouem: quorum ego
 natu sum tertius. Set ad rem accedamus.

IN GRIPHON

Index eorum quæ ad
Grifphi Aufonij explana-
tionem citata sunt.



Absoluere. ix.
 Abstemius. x.
 Abstinenti esse.
 folio. v.
 Abuti est vti. xj.
 Acies triplex. xlv.
 Achilles equi. xlvij.
 Actonis erratū. vij.
 Actæ. xlv.
 Actio. xxvij.
 Actium verbum absolu-
 te positum. xlvij.
 Ad pila & ad triarios veni-
 res. xlv.
 Adipiscendi interdista.
 folio. xxviiij.
 Aegloga. vj.
 Aeruca. vij.
 Aerugo. fo. viij.
 Aeschines exul. fo. xl.
 Aesculapius. fo. iij.
 Aetas triplex. xvij.
 Aetas hominis. xxvij.
 Aethernum. xj.
 Aether. xj. & xlvj.
 Aeuum. xij.
 Affectus triplex. xlvij.
 Alcæus & Alcæon. xxx.
 Alimentum triplex. xxv.
 Alui purgatio. iij.
 Amargoteron. iij.
 Amicitia triplex. fo. xxiiij.
 & xxvij.
 Amoris virtus. xlvij.
 Amphora. xxxv.
 Anacreon. xxx.
 Anachorite. ix.
 Angulus triplex. xxvj.
 Animalū vitæ. xxj.
 Animæ partes. xxvij.
 Anni partes. xxiiij.
 Annibalis i Romanos odi-
 um. xxvij.

Antiquitatis propriū. xj.
 Apollinis aues. xxij.
 Apud cum datiuo. xij.
 Aqua & ignis. xxxvij.
 Aquila cur ioui ministrat
 fulmina. xx.
 Aristotelis mors. xvij.
 Asia. xlv. & xlvj.
 Asiaticum dicēdi genus &
 oratio. xl.
 Atticum genus ibidem.
 Athenæ. xiiij. xlv.
 Auarus & auidus. ij.
 Auentinus mons est Rhe-
 mo facer. xlvij.
 Aues apollini dicatæ. xxij.
 Augures. xxvj.
 Augusti temperantia. xv.
 Auligellij loc⁹ vide Gellij.
 Auspicandi tempus. vj.










Achilles. xxx.
 Bacchi tres. fo-
 lio. xxxij.
 Bacchus cur di-
 metæ dicitur. xxxij.
 Bellorū exercitatio. xlvij.
 Berofus. xix.
 Bibere græce. v.
 Bychus. xxx.
 Bizantium. xxj.
 Bœotica lus & Bœoticum
 ingenium. xxxj.
 Bonitas. xxvij.
 Bonosi bibacitas. xvj.
 Bonum triplex. xxvij.
 Bromius. xxxv.




Aelovirilia am-
 putant Satur-
 nus. xix. xlvij.
 Celi p̄. xxxvj.
 Cælorum concentum cur
 non audiamus. xlvj.
 Celicole. xlix.
 Cærussa. viij.
 Calendæ. xlvj.
 Calumnia. xiiij.


Caperata frons. xj.
 Capitis diminutio. xxxix.
 Capitulum & eius incen-
 dia. xxxv.
 Carneades. xxxix.
 Caterua. xlv.
 Caullari. xiiij.
 Centuria. xlv.
 Cerberus. xx. & xxiiij.
 Ceres. xix.
 Coruorū etas & quomodo
 iuuenescant. xxij.
 Charta (nō enim scribetur
 chartha) fo. ij.
 Chymarchus. xlvij.
 Chingra. xlvij.
 Chirurgica. xl.
 Chordam non dici pro fu-
 ne. xlvj.
 Cyathus & ad Cyathum
 stare. vij.
 Cybele vnde dicta. xvj.
 Ciceronis locus. xxxix.
 Præceptor. xlv.
 Cymæra cur triceps & an-
 chimæra dicatur. xlvij.
 Cinnamomū & quo mo-
 do legatur. xxij.
 Cinnamulgus. ibidem.
 Cixce. xlvij.
 Cyrus. xvj.
 Cytheron. xxxj.
 Ciuitatis partes. xlvij.
 Cæbus. xxxvj.
 Cœna Cœnobium Cœno-
 bita. ix.
 Colossus rhodius. xl.
 Cōiuratio. xxvij.
 Contagū: Contagio: Con-
 tages. viij.
 Contemplatio. xxvij.
 Cōticinium. xxxix.
 Cordis humani pondus &
 incrementum. xvij.
 Comici etas & Coronæ
 dis mutatio. xxij.

TABELLA.

Coronis.	xxij.	Eques & equito.	xl.	Gellij locus.	xv. xis. xxiiij.
Corporis humani exten = sio.	xlviij.	Equi boni indicia.	viiij.	Genones.	xlvj.
Coruus vocalis & quare apollinis dicatus.	xxij.	Erinnyes.	xlviij.	Getæ sculę.	iiij.
Crates bellicę.	iiij.	Euchionis gallinacius.	j.	Gigantes.	xlviij.
Crines in serpentes muta = ti.	xlviij.	Eucatio militū.	xxviij.	Glaucus.	xlviij.
Critolaus.	xxxix.	Excutere.	ij.	Gnobilis.	j.
Cubus.	xvj.	Exemplum bonum alijs præbendum.	v.	Gorgones.	xlviij. xlviij.
Cupiditas.	xxviij.	Exhibitoria interdista. fo = lio.	xxxviij.	Gorgades insulę.	xlviij.
Cumea sibylla.	xlviij.	 Litera scribēda. folio.	viiij.	Græco more bibere.	v.
 Annare.	xj.	 Facilit̄ facilitas facultas.	vij.	Grāmatica. Grāmaticus.	grammatissa. xij.
Damnū. ibidē.		Fœnus.	xlj.	Gratię nudę.	vij.
Decēvrales le = ges.	xxxviij.	Fames sacra.	ij.	Gratię tres.	xxiiij.
Delphi vmbilicus terrę fo lio.	xxxviij.	Fanum.	viiij. xiiij.	Griphus.	j.
Dentium euulsio.	iiij.	Fata.	xviij.	 Annibalis i Ro. odiū.	xxviij.
Deorum vana consecratio xix. Ordo triplex.	xlx.	Fata Troię.	xxv.	Harpicę & quot sint.	xlviij.
Deponētia verba.	xi.	Felix sine cę.	xlj.	Hastati.	xl.
Deterius.	ibidem.	Festuca.	xxxix.	Hecate	xxiiij.
Diana taurica & dranę tres.	xxiiij.	Figura inuidię.	x.	Hedera cur coronētur pœs tę.	xxxj.
Diapason: Diapente: Dia tessarōn	xlviij.	Flacci vnde dicti.	vj.	Helenę genus & quare cy = gni filia.	xxj.
Dicas tria.	xxxix.	Flora vinum non impune bibit.	v.	Heraclitus	xvj.
Dicendi tria genera. fo = lio.	xxxix. & xl.	Fluxus ventris.	xiiij.	Hercules tres & herculis ia bores.	xxix.
Dierum appellatiōnis ra = tio.	xlviij.	Fœmīę vino abstineant. folio.	v.	Herilus tricorpor.	xlvj.
Difficulter.	vij.	Fœnerator & fœnus.	ij.	Hermes.	xiiij.
Dij triplices	xlx.	Fœnū: & fœnifeca.	xlj.	Hieroglyphicę literę.	xxj.
Diogenes.	xxxix.	Fruola.	iiij.	Hippodamus.	xlviij.
Dionysij.	xxxiiij.	Frontis indicia & frons ca perata.	xj.	Hippolyti castitas: casus: resuscitatio.	iiij.
Diuinatio triplex. fo = lio.	xxvj. & xlviij.	Fucus & facū facere.	viiij.	Homeri mēdacia.	xlviij.
Doctis inuidetur	xiiij.	Pulmina & eorum genera & quibus cōueniant.	xx.	Homo tribus cōstat.	xl.
Dryiudę.	xvj.	Fungor hanc rem.	xj.	Hominis formatio.	xvj.
 Brietatis dam = na.	iiij.	Furię tres.	xlviij.	Homonis genitiuꝝ.	xviij.
Ecloga.	vj.	 Anten. j. Gallinaciꝝ Euc = chonis. j.		Horatius. vide Oratius.	
Edyllia.	xv.	Gallus. & eius cantum cę boni ominis & Gallicinium.	xxix.	Hospitij lex.	xx.
Elementa tria.	xxv.	Ganges.	xxiiij.	 Ambici versus. folio.	xij.
Empirica.	xxxix.			Ianus.	xix.
				lentaculum.	ix.
				Ignobilis.	j.
				Idus & idgare.	xlvj.

IN GRIFPHON

u diphthongus. xlvij.
 Imperfecti temporis a p-
 fecto discrimen. j.
 Impingere. viij.
 Improbus. ij.
 Indicio suo tanq̄ forex per-
 iit. j.
 Inferig. xxxij.
 Instans tempus. xij.
 Interdicta & eorum gene-
 ra & diuisio: & interdic-
 re aqua & ignis. xxxviij.
 Inuidus. ij.
 Inuidiæ figura. x.
 Inuidetur doctis. xiiij.
 Iocasta. xxxiiij.
 Ioues tres. xvij.
 Iouis regnum. ibidem.
 Iouis sceptrum. xx.
 Iracundia. xxvij.
 Isopleuros: & Isosceles. fo-
 lio. xxxvj.
 Iudex sit abstemius. v.
 Iudicatus homo. xxxix.
 Iudicium triplici nota ste-
 bat. xxxviij.
 Iudicia muta. xliij.
 Iuno. xix. xxv.
 Iuno lucina. xxxiiij.
 Iunus præcepta & diuisio.
 folio. xxxviij.
 Iustitia triplex. xxvij.
 Iuuenes. xvij.
 κελω. xlvj.

 Atrinę. xxvij.
 Laurus exers
 fulminis. xx.
 Legio. xlv.
 Legum Roma-
 narum pmulgatio. fo-
 lio. xxxviij.
 Ledona. vj.
 Leporaria. xiiij.
 Lepidus. iij.
 Liber as triplex & liberti-
 norum status. xxxix.

Libri sibyllini. xlvij.
 Lyricipoetę. xxx.
 Literati. xij.
 Literę hieroglyphicę. xvj.
 Logica medicina. xl.
 Luceres. xlv.
 Lucilius. xxxix.
 Lucina Iuno & diana. fo-
 lio. xxxiiij.
 Ludi varij. xxxij.
 Ludus vnde dictus. xlx.
 Ale. viij.

 Manipulus. fo-
 lio. xlv.
 Manica. xix.
 Mars venerę amat. xxviiij.
 Martia fulminata. xx.
 Medicina triplex & quid sit
 folio. xiiij. xxxix. xl.
 Medicorum sectę. xxxix.
 Medimnus & eius genera.
 folio. xxxv.
 Medioximi dij. xlix.
 Menelaus. xxxix.
 Mensam quia sacram va-
 cuam ne tollas. vj.
 Mensis. xlvj. & xlvij.
 Militię genera. xxviiij.
 Tres partes. xliij.
 Minerva tergemia. xxviiij.
 Miracula mundi. xl.
 Myrmillo. xxxiiij.
 Missiones a bello. xxviiij.
 Mystica. xvj.
 Modi nouem. xij.
 Molo. xlv.
 Monachorum genera. ix.
 Mons sacer. xlv.
 Monoceros. xj.
 Morbus & vitium. vij.
 Mors triplex. viij.
 Mors Aristotelis & Plato-
 nis. xlvij.
 Socratis. xx.
 Mundus ignescet. xliij.
 Murenę cognomen. vj.

Musę coronantur palma
 xxvj. Quot sint. xxx.
 xxxj. Herculem & libe-
 rü comitantur. xxxj.
 Musicę partes. xiiij. xliij.
 Musica mundi. xliij.






 Are sine cortice
 folio. xv.
 Nasus derisio-
 ni dicatus. x.
 Naturalia metra. xij.
 Naturę principia. xxxv.
 Nealis pictura. ix.
 Negotiator fordidus. j.
 Nemesis. xix.
 Nestor. xxj. xxxix.
 Neutrobi. xxxviij.
 Nyctelia. xxxiiij.
 Nympharum tria milia.
 folio. xlix.
 Nobilis & Nobilito. j.
 Modus in scyrpo. xv.
 Noa & eius filij. xix.
 Moïs iponedi tēpus. xvij.
 Noia nobiliū. xlv.
 Noia quibus tria. xlvj.
 Nonę. xlvj.
 Notę iudicij. xxxviij.
 Nouendiales. xxxiiij.
 Numerius. xlvj.
 Numeri pythagorę & Var-
 ronis. xiiij.
 Numus vnde & quare. ij.
 Nugg. Nugiuendi & c.
 Nugeruli & c. j.
 Nundina dea. xxxviij.
 Nuptię secundę. xxiij.
 Nuptię noctu fiebant. fo-
 lio. xxxiiij.
 Earum sordus. xxxviij.

 Biscenium. xlv.
 Occupare. ij.
 Odiū trp. xx.
 Oedip⁹. xxxiiij.
 Offusa. viij.
 Olor apollini quare sacer.

TABELLA.

folio.	xxij.	Porphirionis erratum. fo.	Rhinoceros.	z. & xj.	
Opima spolia	xxx.	lio.	vij.	Rhythmus.	xlviij.
Opis Rhea.	xviiij.	Portuni hasta.	xxj.	Rhodos & Rhodium ge-	xl.
Oratij locus.	vj.	Prandicula.	ix.	nus dicendi.	xl.
Orationis breuitas.	xlviij.	Prenominis origo.	xlvi.	Romę ruina.	xxviij.
Organi intentio.	xxxj.	Imponēdi tēpus.	xlvi.	Diuisio.	xlviij.
Ornithones.	xliij.	Prenōia formuarū. ibidē.		Romuli sobrietas.	v.
Oscenatus.	xxij.	Pręteriti perfecti & imper-		Ruere.	xj.
		fecti discretio.	j.	Rumina.	v.
D Acuius.	xxxix.	Precium proditoris.	xxxv.	Rumenses.	xlviij.
Palmodiā can-		Principia.	xxxvi.	Rumus.	xlvi.
tare.	xxx.	Principes in acie.	xlvi.	S Abbatū.	xlviij.
Palma	xxiiij.	Profanum.	xliij.	Sacerdos sit fo-	
Patę.	xviiij. xix.	Prohibitoria interdīcta. fo-		lius.	v.
Pariēdi tēpus i hoīe.	xviij.	lio.	xxxviij.	Sacra fames. ij.	
Participia sine verbis.	xl.	Propinare.	vij.	Sacra non vulganda.	xvi.
Pasthea.	xxiiij.	Proserpina.	xxv.	Salacia.	xxv.
Patellarij dij.	xlvi.	Prouerbiū. j. ij. iij. x. xxx.		Sapientia triplex.	xxviij.
Pecunia confepelini solita.		& fo.	xxix. xlv.	Sappho.	xxx.
folio.	xxxviij.	Prurigo.	vij.	Satyri.	xlviij.
Pegasus.	xlviij.	Puer triceps.	xlvi.	Saturnus.	xix. xxj.
Penates magni.	xxxv.	Pueri vino abstineant.	v.	Scabies.	vij. viij.
Peregrecari.	v.	Pulcritudo triplex.	xxviij.	Scena & Sceptrum	xlj.
Perij locus.	xxiiij.	Pulus.	ij.	Sciens.	xij.
Pes.	xxxv.	Punicabella.	xxviij.	Scylla triplex	xlviij.
Ph scribenda.	vij.	Puniendi causę.	xxxviij.	Scyrus & Scyrus.	xv.
Phędra.	ij.	Purpura & eius inuentio.		Seculares ludi.	xxxiij.
Phalanx.	xlvi.	folio.	xxj.	Senaculū.	xlviij.
Phia triplex	xxviij.	Purpurissus.	vij.	Senator.	ibidem.
Phoenix auis.	xxij.	Q Vadratal. xxxv.		Sepultus.	xxiiij.
Phoenix palma.	xxiiij.	Quęstio improbi. ij.		Sepelitus.	xxxiij.
Phorcus.	xlviij.	Quirinus. xix.		Sepulcra erant pecunie cō-	
Pierides.	xxvi.	Quorum bono-		ditoria.	xxxiij.
Pindarus.	xxx.	rum interdīcta.	xxxviij.	Serapion.	xl.
Piscę.	xliij.	R Acemi tres. vij.		Sexus vinle.	xx.
Planetarum distātia.	xlviij.	Ratio. xxviij.		Sibylę & earū libri & quos	
Plato numerus obfcurus. xv.		Regale officiū.		sunt.	xlviij.
Eius poema.	iiij.	folio.	xx.	Sicama & Sicilia.	xxviij.
Mors. xviiij.		Regem quando tusci. salu-		Siculę genę.	ij.
Nomen		tabant.	xlviij.	Signa militaria.	xxviij.
primum.	ibidem.	Regnatus.	xl.	Simonides.	xxx.
Plebis Ro. partitio.	xlviij.	Religio.	xxxj.	Sirenes.	xxv.
Secessio.	xlvi.	Remboth.	x.	Sirenuffę.	xxviij.
Pocillate.	vij.	Resitutona interdīcta &		Situs.	ij.
Podarge.	xlviij.	retinendi.	xxxviij.	Sobrius.	x.
Poęta lyrici & poętaę lau-		Rhea.	xxviij.	Socratis mors.	xx.
des. xxx. q sequunt vul-					
gatas opiniones.	xlviij.				

TABELLA.

Solidum.	xxvij.	Triarij.	xlv.	Vidua vndedicta.	xlv.
Soluere debitum.	ix.	Tribus Romanę	xliij.	Vigiles	xxvij.
Sonus triplex.	xxxj.	Vnde dicantur.	xlv.	Virbius.	ij.
Sophia.	xxvij.	Tribuni plebis, cur sint cre-		Virgili locus. fo. ij. v. vii.	
Sorex.	j.	ati.	xlv.	& fo.	xxix. xliij.
Speculi inuentio.	iiij.	Tridinium	xv.	Vitę meta	xvij.
Sphinx.	xxxiiij.	Tricongius	eodem.	Vitę pericula.	xviiij.
Spurius.	xlvj.	Tridens nepfuni.	xxxij.	Vitę genera	xlvij.
Spolia opima.	xxx.	Trieterica.	xxxij.	Vitium vug tres.	vij.
Spongiarum genera & na-		Trigonus.	xxxvj.	Vitium & morbus.	vij.
tura.	vij.	Trinacria.	xxvj.	Viuares homines.	xxj.
Stare ad cyathum.	vij.	Trinitatis ratio.	xlij.	Viuares cętera animalia.	
Stellas forma. xlij. & xliij.		Trinundinũ.	xxxvij.	folio.	eodem.
Paululum,	xlij.	Tripleuros.	xxxvj.	Viuendi meta.	xvij.
Ordo.	xliij.	Tripos.	xlvj.	Vlyfles	xxxix.
Stethichorus	xxx.	Tris in cõpofitione. xlviiij.		Voluptas.	xxv. xxvij.
Suffitio.	xxxvij.	Troię fata.	xxv.	Vri & abuti.	xj.
Sulcus.	xx.	Troię excidium.	xlviiij.	Vti possidetis	xxxviiij.
Superstitiofus.	xxxj.	Trophęum.	xxx.	Vtrobi.	xxxviiij. bis.
 Abulę legum. fo		Tumultus.	xxxvij.	Vulcanus.	iiij.
lio. xij. xxxvij.		Turma.	xlv.	Vulgũ neufro genere. xliij.	
Tarpeiũ.	xxxv.	 Anus quis di-		Vulnens obligatio a quo	
Tarquniorum		catur. fo. ij.		inuenta	iiij.
regum vter libros sibyl		Varronis laus		Vulpecula	xxxvi.
linos emerit.	xlvij.	xiiij. & xxxj.		Vultus notatiuus anti-	
Tatienses.	xliij.	Venus vitę præst & mor-		quus.	xvii.
Tauri ludi.	xxxij.	ti.	xvij.	Vug in vite tres.	vii.
Temetum.	x.	Veneres dug.	xxvij.	Zoroaftres. siue 300aftres	
Temperantia Augufti. fo-		Veneris cum Marte adu-		folio.	xix.
lio.	xv.	terium.	xxix.		
Temporis impfecti & per-		Verbum dicitur Christus		FINIS.	
fecti verborum difcre-		dominus.	xl.		
tio.	j.	Vesperna.	ix.		
Tempus triplex: & quid tẽ		Vefta quę fit & vnde dica-			
pus fit.	xij.	tur.	xix.		
Terentius.	xxxix.	Veftę simulacrũ.	eodem.		
Terentus.	xxxij.	Veftalium caftitas.	xx.		
Tera & Terentini ludi. fo-		Veftę quot sacerdotes fue-			
lio.	eodem.	runt.	xlv.		
Terra mater.	xxxvj.	Vindicta.	xxxix.		
Tetricus.	xlj.	Vino vti, iterdĩũ olim iu			
Thracę pugnatores &		dici: facerdoti: formis. v.			
thracum pugne. xxxiiij.		Vino pce vtendum.	vij.		
Tigo vel Tyco.	xxj.	Vini vtilitas	vij.		
Tria oratori in dicendo ser		Vini genera.	vij.		
uanda.	xliij.	Vini potores.	xvj.		

Aufonius Symmacho Salutem.



Atebat inter nugas libellus ignobilis: utinamque latuisset: neque indicio suo tanquam forex periret.

Franc. Syluii Ambianatis familiares in Aufonij Griphum Comentarij ad Nicolaum Syluium patrem.

Griphus (vt a Titulo ipso ordiatur) est sermo intricatus: quod insolubile Græci dicunt & τὸ γρίφοι appellat. γρίφος enim rete est: quo implicatæ res explicari non possunt. A. Gellius capite secundo primi libri. Aliosque id genus griphos nemine posse dicens nisi se dissoluere.

Griphus.

Latebat utinamque latuisset. Manifestum indicat his verbis discrimen inter imperfectum & perfectum preteritum: quod nominibus ipsis satis explicat. Imperfectum enim temporis verbo utebatur ire non absoluta nec perfecta: ut Appelles pingebat. perfectum in re consummata. Latebat ergo sed non latuit: quare addit: utinamque latuisset.

Imperfecti & perfecti discrimen.

Nugas ornamenta muliebria: muliebremque mundum peculiariter antiqui vocauerunt. Vnde Nonius Marcellus ait. Nugiuendos voluit dici Plautus omnes eos qui aliquid mulieribus vendant. Nam omnia quibus matronæ vsutur nugas voluit appellari. Plautus in Aulularia. Vbi nugiuendis res soluta est omnibus. Nugiuendi autem & nugigeri & per diminutionem nugiuenduli & nugigeruli dicuntur ij qui nugas vendunt & gerunt. Sed quoniam (vt auctor est Cicero primo librorum quos de officijs scripsit) sordidi putantur: qui mercantur a mercatoribus: quod statim vendant. Nihil enim proficiunt: nisi admodum mentiatur: Quales hosce nugiuendulos esse putamus: Ideo nugas appellamus sermones: seu uis vanos mendaces. Quæ causa fuit: ut poetæ ex latinis permulti scripta sua nulla sententiarum grauitate perpensa: set de iocosis rebus & facetis facta nugas vocarint. Catullus. Tu solebas meas esse aliquid putare nugas.

Nugæ.

Nugiuendi

Nugigeri. Nugiuenduli.

Nugigeruli.

Negociator sordidus.

Ignobilis. i. ignotus: ut apud Plautum in Amphitryone. Nunc quando ego sum vapulabis: ni hinc abibis ignobilis. Nobilem enim (vt auctor est Sex. Pompeius) pro noto antiqui vsurpabant. Actius in Diomede. Ergo me Argos referam: nam hic sum ignobilis. Sic enim cum Itra scribebatur: ut gnat? ut gnar?. Fit enim nescio quo modo: ut dulcicia sit vocabuli sua uitas: quæ ante n. g. sponit. ut agnosco: ignosco: cognosco: cognomen: magnum: pro amosco: in nosco: con nosco: con nomem man?. Sic enim mannum non magnum ab antiquis fuisse vsurpatum ex libro primo Prisciani coniectamus. Nobile itidem ad generis nobilitatem referri Nonius Marcellus tradit. Fallusius in Cathina Nobili genere natus. Nobilitate a nobili profectum in partem utranque sumit. Cicero libro de officijs secundo. Testis est Phalaris: cuius præter ceteros nobilitata est crudelitas. Denobilitate pro diffamare accipit Terentius

Ignobilis. Ganten. Gnobilis.

Nobilis. Nobilito.

FRANCISCVS SYLVIVS

Indicio suo
tanq̄ forex
perit.
Prouerbiffi

in Eunucho. Tu iam p̄debis qui stultum istum denobilitas flagitijs.
¶ Neq̄ indicio suo tanq̄ periret forex. Indicio suo perit tanq̄ forex pro-
uerbialis est sentētia: in eos qui quū latere p̄nt: aut vitia sua-vel aliena
ēglare: imprudēter manifestāt: qua ex re aliqd̄ accepturi sunt incōmodi.
Quā vsurpat Terētius in Eunucho. Seruus em̄ Parmeno putabat he-
risē filiū (quē ad meretricē pro eunucho deduxerat) in meretricis domo,
vt Pythias mētita fuerat castrari. Heroq̄ rē (vt audiuit) narrat. Quod
simulatū esse quū intellexit: quia vitium herilis filij patris manifestarat.
Egomet (inquit) meo indicio miser quasi forex hodie perij. Donati locū
hūc interpretātis v̄ba sunt. Propriū soricū est: vel stridere clarius q̄ mu-
res: vel strepere magis: quū obrodūt fruola. Ad quā vocē multi se intē-
dentes p̄tenebras noctis: trāsfīgunt eos. Plaut. in Bacchidib⁹. Te faciā
si tum eiriti a ueris p̄fessorē soricina nania. Est autē forex mus domesti-
cus: si tu est rē esse aliqui autumat. Soricū occentū (inquit Plini⁹ capite
quinquagesimo septimo octauo libri) dirimi auspicia annales referros
habent⁹. Sorices & ipsos hyme condi author est Nigidius sicut glires.

Forex.

Hunc ego quū velut gallinacius euclionis: situ
charteī pulueris eruiſsem: excussum relegi: atq̄
vt auīdus fcenerator improbum numum malui
occupare q̄ condere.

¶ Euclio quidam senex primū fortunē erat mediocris: vt in Aulularia
Plautus cōminiscitur: auus cui⁹ in medio foco auri thesaurū diffodit:
quem domestico lari credidit: eum vt seruaret sibi.

Is quando moritur: ita auido ingenio fuit:

Nunq̄ indicare id filio voluit suo:

Inopemq̄ optauit potius eum relinquere.

Euclionis
gallinaci⁹.

¶ Eum thesaurū cōmōstraret filio. Euclionis tñ lar ille thesaurū p̄mon-
strauit: quo filiā suā (quē lari cottidie aut thure, aut vino aut aliquo fere
sep̄ supplicarat) marito collocaret opulēt⁹. Sed qm̄ ea est hūanæ sortis
auiditas: q̄ vti q̄ fact⁹ est ditissim⁹: ita viuat miserim⁹: dū senex q̄-
dā Megador⁹ in euclionis domū (filiā cui⁹ vxorē ductur⁹ erat) coquos
mittit: q̄ dapes p̄nuptijs curēt: se mazerās Euclio ita loquitur.

Illus hō hinc abiit: dijs immortales: facinus audax incipit.

Qui cū opulētō pauper hōie cōp̄it rem habere aut negotijs.

Velut Megadorus tentat me oībus miserum modis:

Qui simulauit mei honoris mittere huc causa coquos.

Is ea causa misit hos: qui surriperent miserō mihi.

Condigne etiam meus me intus gallinacius

Qui erat aui peculiaris perdidit penissime.

Vbi erat hæc diffosa: occipit ibi scalpurre vngulis

Circum circa. Quid opus est v̄bis: ita mihi peccus peracuit.

Capio fuisse. Obtrunco gallum furem manifestarium.

Credo ego ædē polli illi mercedem gallo pollicitos coquos.

Si id palam fecisset: exemi ex manu manubrium.

Quid opus est verbis? facta est pugna cū gallo gallinacio. Hæcille.
 ¶ Sæsum est igit. Vt eucionis ille gallinaci⁹ quū scalpuriebat: nihil mi
 nus q̄ de inueniēdo thesauro cogitabat quē cū malo iuenit suo ita quū
 meas ego recēserē nugas: forte fortuna i manus icidit iste tetnari⁹: de q̄
 nihil cogitāt ex eo tpe q̄ scripserā. Non ita dissilis est apolog⁹ ille Aclo-
 pic⁹. Gallus qdā gallinaci⁹ i stercore dū q̄rit escā: p̄tiosum q̄ndā lapillū
 inuenit: eū hūc berb⁹ affat. Res p̄tiosa vili ni loco lates: si te auar⁹ aliq̄s
 inuenisset: quē simus hic sepelit: viueret arte nifor: Nec tu mihi nec itē
 ego tibi p̄desse possum. ¶ Gallinaci⁹ a gallina p̄fectū nomē ē ea forma
 q̄ a mēbrana mēbranaci⁹ a catchina catchinaci⁹. Gallinaci⁹ eucionis
 significat idē qd̄ puerbū illd̄ capra gladiū scalpunt De q̄ ē ap̄d Erasimū
 viq̄ lōge doctissimū. ¶ Situ carthæ puluer⁹ eruissez. i. extraxissez ex pul
 uere: q̄ t̄pis diuturnitate meaq̄ incuria scripta alia occupa uerat. Situs
 em̄ a finēdo dict⁹ ē reg: vitiiū qd̄ negligētia antiq̄tateq̄ p̄trahit. Vñ teter
 ille s̄q̄lor & asp̄nabilis q̄ in senioq̄ facie cōcreuit sit⁹ appellat. Virg. lib.
 vij. an. Set te victa situ veriq̄ effœta senect⁹ O mater neq̄q̄ curis exer
 cet. Vbi Serui⁹. Victa situ (inqt) senect⁹: t̄pis lōginq̄tate ex q̄ nascit sit⁹.
 Calepin⁹ ex Donato authore sitū eē corruptionē dicit ex humore atq̄
 diuturnitate cōtractā: q̄ deteriores sūt spēs vno loco & p̄lixo tpe p̄sitiu
 tē. Vñ p̄ antiq̄tate neglecta sitū A. Gelli⁹ vsurpat his x̄b⁹: ex capite prio
 vltimo libri. Passus ē inq̄t leges istas de tā imodico iudicio situ atq̄ se
 nio emori. ¶ Charthē puluerē antiq̄ illa scriptorū suorū q̄si fragmēta
 tpe multo neglecta: idēoq̄ puluere adeo cōsp̄sa & obruta vt nihil aliud
 nisi puluis eē videat. ὁ χαρθη & τὸ χαρθηον gr̄c̄, latinis x̄o hæc char
 ta d̄r. De charta & papyro qd̄ sint: vbiq̄ crescat: Plini⁹ capite vndecimo
 & duodecimo tertij decimi libri m̄orat. ¶ Puluerē in nūero m̄ltitudinis
 dici posse Priscian⁹ negat: ob eā t̄m causā q̄ vsus est null⁹. ¶ Excussum
 a quatio p̄fectū. i. qd̄ domestica lingua exquorsuz dicūt. Quū x̄o attēte
 quis & p̄ssiculate librū legit alique: eū excutere dicūt. Ducta est rō vel ex
 puluere q̄ e velib⁹ scopimis excutit: vel ab his hoib⁹ q̄ quū attēte aliqd̄
 aut scribūt, aut studēt, aut iterptat: librū manib⁹ cōcutiūt: postq̄ id qd̄
 obscurū erat cogitatu m̄lto iueniūt. Ad qd̄ latyra p̄ma Persius aludit.
 Nec pluteū cadit nec demorsos sapit vnguis. ¶ Auid⁹ & iuid⁹ vñ sint
 deriuata Crinit⁹ m̄toriq̄ p̄dit. Cur⁹ x̄ba sūt ex capite vndeciesimo sc̄d̄i
 libri. Auidi (inqt) a nō vidēdo noiat sūt p̄p̄i nimā cupi d̄tatē vt Ven⁹
 flacc⁹ existimant: q̄ p̄ticia a priuadi vī obtineat sicuti amētēs d̄cim⁹:
 q̄ m̄tē nō h̄nt: Inuidos aut & iuidiā s̄lī rōne inq̄t Cicero dicit: qm̄ ex ni
 mia vidēdi cura liuēscāt. Quin t̄m ab auēdo auid⁹ dicat ego nō distiuae
 rim: quō a cupiēdo cupid⁹, a timēdo timid⁹, a liuēdo luud⁹ vt ēt auar⁹
 (qd̄ sig. huic fere p̄sine ē) teste A. Gelho capite q̄nto libri decimi ab vno
 t̄m x̄bo ichinatū ē qd̄ ē auco. Fœnerator qs̄ appellet vulgati⁹ ē: q̄ vt iter
 obliterata nesciri possit: a q̄ fœnerato aduerbiū. Vñ iuriā fœnerato sū
 dere puerbali linia dicūtur hi q̄ grauiorē m̄lto recepturis sūt q̄ itulerint
 iniuriā. ¶ Improbū inhonestū odiosum non p̄bum. Nā (vt ait Cicero
 prio librorū officialiū) Improbātur ij q̄si⁹ qui i odia hoim incuriūt: vt
 portitos: vt fœneratorū. & vt scribit Aristoteles capite septimo p̄mi libri

Proverbiū

Situs.

Chartha.

Puluis.

Excutere.

Auidus.

Inuidus.

Auarus.

Fœnerato.

Questus

improbi.

FRANCISCVS SYLVIVS

Fœnus vñ dictum. Politicon. Cōmutatiōnis causa numus inducitur est. Fœnus autē seipm maius facit: vnde & nomē venit: quō illa quę patiūtur: silia sunt gignētibus: in fœnore autē numus numum parit. Quare maxie præter naturā est hic acq̄tendi modus. Improbū autē de re in anima hic dicitur.

Improb⁹. Adiectiua eīm q̄ psonæ cōueniūt sæpe rei attribuitur vt doct⁹ hō elegās eruditus faciūdus dicit. Dicit itidē oratio docta elegās erudita faciūda. Sic Virgilius in tertio lib. ænei. Quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. Nā facer homo (vt ait Sext⁹ Pompeius) dicitur is quē ob maleficiū populū iudicauit: ex quo quius homo malus atq̄ improbus sacer appellari solet. Rationem aliam scribit Seruius.

Sacra fames. Numū vno m scriptum a numerando habere originem multi ideo putant: quoniā pecunia quæ temporibus prisca pēdebatur: numerari postea coepit. Valerius Max. libr. quarto. Postero die interrogātibus cui nā annumerari pecuniam vellet. Cæterū numus (vt ait Pompeius fest⁹) ex græco numismate nascitur. νομοσ εἰν πάστω aut pabulū græcis dicit. Ideo νόμος vgræci vocant Apollinem vel quia regis Admeti pecora paut: vel quia quę terra pgenerat: sol pascit oīa. Priscis autē sēculis etiā regum diuitias fuisse ex pecoris multitudine in oratione quadam (quā de Agriculturę Laudibus diximus) dicim⁹ fustus. Eam igitur ob rem nomisma ipsi dixerunt: vti nos a pecore pecuniam: vel quoniā pedis figura in pecuniā imprimebat. Vocalium autē o & u quæ fuerit

affinitas Priscianus libro pmo abunde meminit. vt quæ nūc epistola: seruus: saluus dicit: a Plauto epistula: seruos: saluos dicebat. Sacerdos nūc est: sacerdos quōdam dicebat. Adde q̄ græca nomia in os exētia si mutāt os in us sēpe sūt latina: vt Δημοσ, αγγελοσ, γραμματικος, δομος, angelus, grāmaticus: nisi quum notatiuus in ros exit: vt μοροσ, ομβροσ, πρεσβυτεροσ. i. mors, imber, pbyter. ita νομισμα numisma νομοσ numus. si autem ἀπὸ τοῦ νόμου. i. a lege numum vis inclinat: re nō equidē reclamō si pbam affers rationē. Numus autē quare pmo fuerit inuentus scribit Aristoteles capite sexto libri pmi Politicon. Mercium (inquit) cōmutatiōne non vēditiōne vsa est antiquitas. Sed quū a remotiorib⁹ quereret auxiliū importādo illa quib⁹ indigebāt: ea q̄ ab⁹ abundabant ab eis exportando: vsū numi induci necessū fuit. Nā eīm facile deferri possunt singula eorū: quę sunt necessaria. Quare ad faciendas cōmutatiōnes tale aliqd dare & accipere inter se cōposuerūt: qd̄ vtile existens haberet vsū cōmutandi facilem ad vitam. Seu ferrum vel argentum: & si quid aliud tale primo simpliciter definitum quātitate & pondere: deinde signo impressum: vt a mensura liberi essent homines. Signum enim ad quantitatem demonstrandam positum est.

Numus quorsunt inuentus.

Occupare. Occupare. i. fœnerato dare & collocare. Occupare eīm præter multos suos significatus collocare significat: vt Nonius Marcellus scribit.

Deinde cogitās mecū nō illud Catullianū: cui dono lepidum nouū libellū: sed amargoteron & verius. Cui dono illepidū rudem libellum: nō dū

quæsiui. Tu enim occurristi: quæ ego (si mihi ptas
 sit ex oibus deligedi vnum) semper elegerim. Misi
 itaque ad te friuola gerris Siculis vaniora: vt quum
 agis nihil: hæc agas: & ne nihil agas: defendas.
 Igitur iste nugator libellus iam diu secreta quidē:
 set vulgi lectione laceratus perueniet tandem in
 manus tuas. Quæ tu aut vt Aesculapius redinte
 grabis ad vitæ: aut vt Plato iuuante Vulcano li
 berabis infamia: si peruenire nõ debet ad famã.

¶ Valens Catulli Veronensis poetæ illud est principiũ libri ad Cornelium
 nepotem. Quoi dono lepidum nouũ libellũ. ¶ Amargoteron (nõ autẽ
 amaroteron vt in exẽplanb⁹ fere oibus scriptũ inuenio) id est maturi⁹
 sanius, prudẽtius, atq; libratiore mētis examine legẽdum esse putam⁹
 æ em̃ puatiua est pticula. μαργαω. i. nimitũ festinãter ago: μαργος em̃
 festinus nimitũ, m̃sanus, solidus Græcis dicitur. Nominũ autẽ Græcorũ
 positiuã in õs exeuntia õ abiectã & addito τερος faciũt pparatiua: vt
 πλουσιος πλουσιωτερος παλαιος παλαιωτερος φρονιμος φρο
 νιωτερος μαργος μαργωτερος. vnde hoc loco amargoteron. ¶ Le
 pidum. i. venustũ a lepore dictũ. Lepos em̃ authore Donato in cõmẽ
 tario Andree Terẽtiane est venustas: dicitur autẽ lepos a lepus: vt lib. iiii.
 vult Priscian⁹: vel (quã placet magis) ἀπό τῆς λέπιδος. est autẽ λέπις
 (vt ait Cornelius Celsus capite tertio libri octau) squamma: quæ item
 lepida latine dicitur ea forma qua a κρηπίδος. id est crepida dẽ. Lepidas autẽ
 Plim⁹ capite vndecimo libri tricesimo quarti dicit eẽ laminas vel squã
 mas quæ ex ære excutiunt. ¶ Friuola vt ait sext⁹ Põpei⁹: pprie sũt sicilia
 vasa & quassa: vñ dicta sunt quia friuola: quæ min⁹ sũde subnixã sũt & fri
 uolę res iutiles atq; cõtẽptibiles. A finire quã est terere inclinãtũ esse pu
 tam⁹. ¶ Gerras Siculis vaniora. i. vanissima. Gerra em̃: vt ait Noni⁹
 Marcell⁹: iugge sunt & ineptię. Hoc autẽ puerbiũ inde pfectũ eẽ arbitror:
 quia in Sicilia mltã fuisse mõstra: vt Cyclopes monoculos: vt gigãtes sub
 altis mõtibus sepultos: vt Scyllã & Charybdim: vt pluraq; hoc gen⁹ alia
 gmetã eẽ antiqua poetarũ fabulositas. Vel quoniam in bello eo quã cũ Syracu
 sanis in Sicilia gesserũt Atheniẽses Gylippus Lacedæmoni⁹ cũ Coryn
 thijs ad Syracusanorũ auxiliũ pperabat: ad quẽ Siculi multi in idẽ
 mēdacium cõuenientes veniebãt. Iãq; Syracusas vndiquaq; esse circũ
 uallatas dicebãt: vt spem eis ferẽdi auxiliij deturbaret: vt Thucydides
 lib. vi. meminit. Sextus tñ Põpeius rõnem causã aliã. Gerra (inquit)
 crates sunt vimineę. Atheniẽses quum Syracusas obsiderent: crebroq;
 gerras poscerẽt: irridẽtes Siculi gerras clamitabãt: vñ factũ est vt gerra
 pro nugis & pteptu dicant. Quæ autẽ sint crates bellicę Vegetus descri
 bit: cui⁹ quibã sũt ex capite sexto libri quarti de re militari. Inuẽtũ (ingt)

legas aliq

Amargo
teron.

Lepidus.

Friuola.

Gerra si
culę.
Prouerbiũ

Crates bel
licę.

remediū: vt de ligno crates facerēt: lapidibusq; cōplerēt ea arte iter bina
 ppugnacula cōstitutat: vt si sup scalas ascēdisset hostis: & partē aliquā
 ipsius cōtingisset supra caput suū vrgeret saxa. Hæc ille. De his cratribus
 Pompeiū intellexisse si putas: Siculos ad hostiū terrorem gerras incla
 masse putē potius. Adde q; Etasimus vir inluster callentissimus tradit
 naturā muliebrez Siculorū lingua gerron vocari. Siculi vt author est
 M. Cato in libro de origine gentiū & vrbū Italię in Galia togata primi
 celuere: quos Vmbri expulerūt. Polybius in primo libro suū quos treis
 de primo bello punico scripsit: præter hæc tradit: Siculos p mare ppin
 quū ratiō in Sicaniā nauigasse annis fere trecētis priuſq; vlla grecorū
 ciuitas in Sicilia pderet. Sicanos ceterosq; ifulæ cultores Siculi domue
 runt: inq; extremas insulę parteis meridiē versus & occidentē fugere cō
 pulerunt: nec inde Sicaniā amplius: set Siciliā noiauerūt. ¶ Vanos
 pprie dicit A. Gellus capite quarto libri decimi octauū ex præceptore suo
 Sulpitio Apollinare audiuisse se affirmat: nō vt vulgus diceret, desipien
 tes, aut hebetes, aut ineptos: set vt veterū doctissimi dixissent in edaces
 & infidos, & leuia, inaniaq; p grauib; & vetis astutissime cōponentes.
 Virgilius in sc̄to ænei. Nec si miserū fortuna Sinonē finxit: vanū etiā
 mendacēq; improba finget. Vbi Seruius. Vanū (inquit) fallacē: & va
 num etiā qui sine vtilitate menti: mendax qui tantū ad decipiēdum.
 ¶ Vt Aesculapius redintegrabis ad vitā. Hippolytus Thesi ex Amazo
 nē Hippolyte filius Veneti cōtumeliā attulit: vt ait Philostratus libro
 sexto de vita Apollonij Tyanei: ac propterea venereorū cupidine nō tā
 gebat: nec amor vllus ipm mouebat: set agrestioris curusdā fort: erat &
 rudior. Vxorē autē poremortua Thesi Phædrā Minois & Pasiphaes
 filiā habuit vxorē: quā prunēte voluptatū libidine Venus ideo titulauit
 rat: quā ab eius auro Solecū martecubans imodico deorū ludibrio ma
 nifestata est. In his ergo duob; quid Venus habeat viriū osētāt. Volupta
 tum cū libidine in altero extinguit: eandē in altera inflāmat. Hippoly
 tum igit de stupro Phædra interpellat: cōfemnit ille: hæc illū ap̄d mari
 tū falso accusat: vimq; sibi asserere conatū fuisse causat. Vxori maritus
 plus nimio (vt fere semp fieri solet) credulus Aegēū: vel (vt Ciceroni in
 primo & tertio officiorū placet) Neptunū patrē vt se vlciscat postulat.
 Posthæc Hippolyto curiū quo vehēbat, agitāti phocā neptunus obijcit
 qua equi territi curri distrahūt: suūq; vectore dilacerāt. Hippolyti casti
 tas Dianā cōmouet: q̄ ipsum ab inferis p Aesculapiū reuocat: quem in
 italiā traductū in vrbe Aricia nymphæ Aegeriæ cōmēdat: cuiq; Virbiū
 quasi bis virum appellari iubet. Author est Seruius in commentarijs
 libri Ænei. septimi. Vbi fabulam plusculis hinc verbis facit Virgilius.
 Nanq; ferunt fama: Hippolytum postq; arte noueræ
 Occiderit: patriasq; experit sanguine pœnas:
 Turbatis astrictus equis: ad sidera rursus.
 Aetherea: & superas cœli venisse sub auras.
 Pæonijs reuocatum herbis & amore Dianę.
 At triuia Hippolytum secretis alma recondit
 Sedibus & nymphæ Aegeriæ nemoriq; relegat.

Siculi.

Vanos qd
dicatur.Hippolytus
castus.Phædræ li
bido.Hippolyti
casus & ad
vitā reuo
catio.
Virbius.

Solus vbi in syluis italis ignobilis auum
 Exigeret: verso q; vbi nomine Virbius effet.
 Vnde etiam templo Tnuar lucisq; sacratiss
 Cornipedes arcetur equi: q; listore currum
 Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
 Plura nosse discipulis: ea tibi Diodori liber quint⁹ abūde suppeditabit.

¶ Aesculapios tres fuisse Cicero libro de natura deorū tertio meminit. Primus fuit Apollinis filius: quem Arcades colunt: qui speculum inuenisse primusque vulnus obligasse dicitur. Secundus secundum Mercurij frater: qui fulmine percussus inhumat⁹ est Cynesuris. Tertius Arisippi & Arsinæ filius: qui alui purgationē dentisque euulsionem primus: vt ferūt: inuenit. Sepulchrum cuius & lucus in Arcadia ossēditur. Vni itaq; vt poetarū mos est plurimus: attribuitur ea: quæ conueniūt oibus. Set ad fabulam venio. Aesculapius Apollinis & Coronidis filius exesto matris vtero natus est. Quum enim Coronidez ex se grauidam adulterium cōmississe Apollo ex coruo audiisset: sagittis Coronidem cōfodit: coruūq; ob infelix nunciū ex albo in nigrum cōmutauit. vt Ouidius libro secundo meta. comminiscitur. De Aesculapio ita scribit Marsilius Ficinus in argumēto in Platonis Protagorā. Extat (inquit) apud Græcos verissimū de Platone dictum Phœbum duos præcipue filios genuisse Aesculapiū & Platonez: Aesculapiū quidē qui corporib⁹ Platonem vero qui animis mederet. Hæc ille. Aesculapi⁹ satis esse sibi nō putauit vuentiū morbos curare: set mortuos etiā vt ad vitā reuo caret nō frustra laborauit. Hippolytū enim & (vt ait Higinus) Glaucū Minois filii: v⁹ vt ait Plin⁹ capite pmo libri vice siminoni Tyndaridā q nature satisfecerāt vitæ restituit. Set p̄ oīs aliqūē indignat⁹ ab vmbriis Mortalē isernis ad limia surgere vitę: sp̄ rectorē medicinę talis & artis Fulmine Phœbigenā stygijs detrusit ad vndas. Sed q mortuis vitam reddebat afflat⁹ fulmine immortalatē (vt ait Lucian⁹ in deorū supnoga dialogis) iouis Apollinisq; miseratione iuenit. ¶ Redintegrabis. i. in te grū restitues. Particula re cū x̄bis quorū principiū vocalis est iūctā euphoniæ causa post se literā d accipit vt redeo redoleo redarguo: redimprimere nō reimprimere vt vulgo dicūt. ¶ Vt Plato. Plato (cui⁹ devicta aliqd dicere nūcnihil attinet) poetico stylo in adulescētia floruit: elegias & posuit & tragœdias duas: quas ip̄e cremavit in cœdio: quo tpe primū ad Philosophiā animū applicuisset: vt in Platonis vita Ficinus meminit. aliquāto tñ ad rē nostrā p̄p̄ius Diogenes Laëtius scribit lib. iij. Plato inquit quū tragicū certamē añ Dionysiacū theatrū initurus eēt: auditio Socrate igni poemata exussit dicēs. Hic Vulcane Plato tua indiget ope. Scribit itē prius Diogenes Platonē scripisse poemata: primo quidē dithyrambos: deinde melos & tragœdias. ¶ Solum est igit. Mens hic libell⁹ quē noi tuo nūcupatū ex puluerulēto situ in lucē emitto: in manus vulgi quū adueniet corripies rephendet lacerabis. Quum vero ita notatus in man⁹ tandē perueniet tuas: si immeret̄er lacerat⁹ est curabis. Sin x̄o is est: qui ad famā puenire nō possit: in cœdio cremabis.

Aesculapi⁹
 Speculum
 inuentum
 Vulneris
 obligatio.
 Alui pur-
 gatio den-
 tū euul-
 sio.

ignitas
 in ista
 Platonis
 poemata.

Vulcanus **Vulcano**. i. igni sic. Virgili⁹ in scdo aenei. Iā Deiphobi dedit ampla
 rumā Vulcano superāte dom⁹. Est em̄ mod⁹ ille dicēdi latinis familia
 nis atq; domesticus: vt dei nomē pro ea re ponat: cui de⁹ ille pesse putat
 vt bacchū pro vino Virgi. lib. j. aenei. vsurpat. Implet⁹ veteris bacchi:
 pinguisq; ferina. Terēt⁹. Sine Cerere & baccho fruges Ven⁹. Vulcanos
 quatuor Cicero lib. iij. de natura deorū enumerat. Primū Cælo natū:
 ex quo & Minerua nat⁹ est Apollo: is curus in tutela Athenas esse aliqui
 voluerūt. Scđm Nilo natū: quē Aegypti custodē esse tradūt. Tertū ex
 tertio ioue & iunone: qui Lemni fabricæ p̄fuisse dicūt. Quartū Mem
 lio natū: q̄ in insulas p̄pe Sicilia tenuit: q̄ vulcanū noiant. Ideo tū antiqui
 credūt in insula Hiera Vulcanū ærariā exercere: q̄ ea p̄multū ignē nocti
 bus: dieb⁹ fumū reddere cernit: vt author est Thucydides. li. iij. de bello
 Peloponnesiaco. Vulcanū ap̄ Aegyptios inuenisse ignem Diodorus
 libro primo tradit.

Fuit autē ineptiole hui⁹ ista materia. In expedi
 tione (quod tēpus: vt scis: licētix militaris est)
 sup̄ mēsam meā facta est inuitatio: nō illa de lu
 dibriū cōiuuiō: vt græco more biberet: set illa de
 Flacci ecloga: in qua propter mediā noctem &
 nouam lunam & Murenæ auguratū ternos ter
 cyathos attonitus petiit vates.

Ineptiole hui⁹. i. hui⁹ griphi de ternario. In expeditione. i. tēpore eo
 quo milites ad bellū p̄ficiscūtur: qđ tēpus militaris est licētix. Quū em̄
 ad hostes nōdum ventū est: tūc liberius paulo & indulgētius militib⁹
 viuere licet: nec prorsus ab vsu vini etiā largiore phibent. Set quū p̄pe
 est hostis aut nullus. aut p̄cissimus sit vini vsus. Nā (vt Eusebius ait
 capite decimo septimo libri duodecimi de euāgelica p̄paratione) animē
 vino calefactet: tanq̄ senū ignitū molliores reddūtur. Ideo Carthaginie
 ses in castris vinū nongustabāt vnq;: set toto militię tēpore aquæ vsus
 eis erat potus. Hanc vim molliēdi vires atq; debilitādi inesse vino non
 ignorauit Archidamus Zeuxidami filius: qui apud Plutarchū in La
 conicis Apophthegmatib⁹ cuidā sibi vinum suauē pollicētī respōdēs
 Ad quid? ait. Nā quāto plus assumet: tanto q̄ ad vinilitatē spectāt infir
 miora reddent. Iccirco Plinius capite vltimo libri decimi quarti plura
 alia ebrietatis dāna memorās tandē inquit. Hinc pallor & genē p̄dulse
 oculosū hūlcera tremulę manus vasa plena effundentes & vt sit p̄ena
 p̄sens furiales sopni iniquies nocturna: p̄remiūq; summū ebrietatis
 hibido portētosa ac iucundū nephas. Postera die ex ore halit⁹ foetidū ac
 fere rerū omnium obliuio morsq; memorię. Ebrietatis dāna dicerem⁹
 longe plura: nisi orationes nr̄e eam sibi materiā exposcularent. Set qm̄
 sup̄ vini potatione & in hac epistola & in ternario numero dicūtur cō-

Carthagi-
nieses in
bello a vi-
no abste-
nent.

Ebrietatis
dāna.

pluria: a suscepta matris nō prorsus alienū videat: si qb⁹ interdictū sit: **Vino vti**
 ne vino vteretur: cōsiliū hic breuiter curauerimus. Primitus ergo **quib⁹ inter-**
 Eusebius libri eiusdem eodem capite in ciuitate inquit seruis vini vsus **dictum sit**
 nunq̄ concedēdus est. Nec magistratus tēpore quo rempib. gubernant
 vino vtatur: nec gubernatores nec iudices nec qui deliberatur⁹ in consi-
 lium vocat⁹ est: nec vllō modo in die nisi valitudinis gratia: vt Romu- **Romuli so-**
 lus ad cenā vocatus paruū admodū bibit: ei em̄ post die negotiū **brietas.**
 erat: vt ait A. Gellius capite decimo quarto libri vndecimi. Nec nocte
 ea tam viros q̄ fœminas qua. liberis operā dare statuerūt. Vir aut mu-
 lier qui votū facit (vt in scriptura legitur) a vino & siccra mundus erit.
 Salomon quoq; (sic em̄ scribere lubet nō Solomon: vt ratione nulla cō-
 tendūt ij q̄ scripturā sacram corrigēdo nomē sibi querūt famigerati⁹.
 Quod em̄ vsus ecclesie plurimus multis ante sæculis approbatū recep-
 it: id mutari nolum⁹) Salomon inquā magistratus & iudices a vino
 abstinere iubet. Cōsilio (inquit) oīa facias: cōsilio vinum bibe. Potētes
 qui iracūdi sunt: vinum nō bibant: ne si biberint laboris atq; sapientiæ
 obliuiscātur. Sacerdotes tpe sacrificandi a vino abstinere iubet Moyses.
 Locutus est em̄ (inquit) domin⁹ ad Aaron dicens. Vinum & siccra non
 bibetis tu & filij tui tecū quādo in testimonij tabernaculū ingredimini
 aut quādo ad altare acceditis: ne moriamini. Et lege hoc in æthernū in-
 generationes vestras firmatū sit. Huic diu⁹ Hieronymus libro secūdo
 contra hereses Iouiniani succinēs Sanson (inquit) & Samuel vinum &
 siccra nō bibunt. Erāt em̄ filij rēpromissionis & per abstinentiā ieiunū
 que cōcepti. Aaron & cæteri sacerdotes ingressuri templū om̄e qd̄ potest
 inebriare nō potant: ne moriant. Ex quo intelligimus mori eos: qui in
 ecclesia nō sobrii mimstrant. Verba hęc diui Hieronymi nō auditis sa-
 cerdotes sub vexillo Iesu militātes: ab eo que stipēdia capiētes amplissi-
 ma? Hosti ne arma quibus occumbatis dare dispudet? Papę deus elo-
 quar an fileā? De vobis (bonus excipio) cū Plimo an dicere audeā. An he-
 los ingentia vasa corrumpere velut ad ostētationem virium: ac plene in-
 fundere: vt statim hauriatis: rursusq; & tertio: tanq̄ ad perdēda vina ge-
 niti sitis: & tanq̄ effundi illa nō possint: nisi per humanū corpus. Vnde
 furor: vnde tanta est insania vobis? Corpus si perditis temporarium:
 æthernum pdere animū metuatis. Vos estis lux mūdi: lucernæ ardēt
 in manib⁹ vestris. Obscurissimas mūdi huius tenebras lucernæ vestræ
 claritas illustret: vt roranti popello viā monstrētis: imitantique vestri
 bonum relinquatis exemplū. Quodq; Agestilus cognomēto magnus
 faciebat animo versate. A quodā enim interrogatus (vt est in Plutarchi
 Apophthegmatib⁹) quur hyeme vehemēti sine tunica ætate grandior
 circumiret. Vt me (inquit) iuuenes imitentur exemplum habētes & se-
 neſtate cōſectos & principes. Et qm̄ hęc ego hic nō suscepi dicenda: qd̄
 occoppi dicere prosequor. Exprobrat̄ israeli (vt idem Hieronymus ait)
 potum dabit Nazareis in eis vinum. Ionadab filius Rechab precipit
 suis: vt non biberent vinum vsq; in æthernum. Quib⁹ quum offerret
 Hieremias vt biberent: bibere autē noluisse: loquitur dominus per
 prophetam. Quia obedistis p̄cepto Ionadab patris vestri: non deficiet.

Iudici ni-
hil sit cum
vino:

Sacerdos.
vniuerso-
brius.

Exemplum
bonū alijs.
prēbēdum.

FRANCISCVS SYLVIVS

**Fœminæ
vinū nō bi
bant.**

vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in cōspectu meo cunctis dieb?
Hæc ille. Fœminis quoq; Romanis vini vsus ignotus fuit: vt libro. ij.
Hesiodus tamen in Theogonia prodit Cerberum inferni canem ferrea voce, mōstrum pudēdum, quinquaginta fuisse ceruicibus. ¶ Inde tridens. Tridentem gerit Neptunus: quia aquę triplex est virtus liquida, fæcūda, potabilis. Vel quia aqua in tribus illis conclusa est in cælo, in aere, in terra. Rationes eas quas dicebam⁹ vtpote iam cognitas prudētes omittim⁹. Trifidam hastam Portunum marinum deum gessisse innuit Martianus Capella libro quinto. Horum triū quos dicebamus Iouis Neptuni Plutonis pater Saturn⁹ trigis, i. trium equorum curru vtebatur: vt in Theogonia tradit Hesiodus. ¶ Triplexq; Helenę cū fratribus ouum. Iupiter in cygnum mutatus cum Læda concubuit. Vnde nati sunt tres Castor, Pollux, & Helena. Authoꝝ est Placidas libro secūdo mythologicō. Higinius tamen libro secūdo de historia signorum cælestium tradit Helenam ex Nemese natam esse. Quā enim a Nemese quā amabat, Iupiter cōtemneretur: tunc cum Venere pactus est vt ipa in aquilam mutata se mutatū in Holorem insequeretur. Iupiter igitur holor a Venere aquila fugatus ad Nemese inuolat: quem complectitur Nemesis: sopno tandem irrigata dormit. Pudicitia cui⁹ illud it Iupiter. Auim peractis diebus ouum parit Nemesis: qđ Iouis imperio Mercurius auferens Spartā defert: inq; sedentis Lædę gremio imponit. Ex quo nata est Helena. Sed Lædam post morē appellatam esse Nemese dicebamus. Isocrates in oratione de laudibus Helenę tradit Iouem se bis in cygnum cōmutasse: semel quum Nemese cōcubuit: iterumq; quum Lædam compressit. Lucianus in Dialogo: qui Gallus inscribitur: dicit Helenam fuisse procera ceruice & alba: iccirco cygni filiam esse creditam. ¶ Cum fratribus, i. cum Castore & Polluce: de quibus omnibus passim scribunt omnes.

Tridens
Neptuni.

Portunū
hasta.
Saturni
currus.

Helena
genus.

Helena
quorū cygni
filia.

Ter noua nestoreos impleuit purpura fusos.

Et toties trino cornix viuacior æuo.

Quam nouies terni glomerātes sæcula tractus

Vincūt æripedes ter terno Nestore cerui.

Treis quorum ætates superat Phœbeius oscens:

Quē nouies senior gangeticus anteit ales:

Ales cinnameo radiatus tempora nido.

¶ Nestor Nelei filius tres vixit hoīm ætates. De quo Homerus libro Iliados primo. Nestor (inquit) Pyliorum & imperio & fæcūdia longe princeps. Cuius ex ore dulciore melle stuebat oratio. Vir sapiētia simul & anni grauis. Siquidem tertiam iam ætatem hominū vivebat. Idem libro Odysseę tertio: aliorū iura sapiētiamq; exuperare: iamq; in tres hominum ætates imperasse dicit. Quod fabulosum esse mihi facile persuadeam: perinde vt Censorinus capite sexto putat esse p̄mētū: quod Argāthomū Thartestorū regē centū quinquaginta annos vixisse tradūt.

Nestori:
fæcūdia.

Viuaces
homines.

FRANCISCVS SYLVIVS

Quodq; Ephorus aliquor Arcadiæ reges ad annos trecetos vixisse scribit. Plini⁹ itidē capite octauo & quadragesimo libri septimi alia pmulta de ista annorū multitudine mēorat. Quorū ideo inductū est erratū ac offimatū: quoniā nō est apud omneis eadē annorū mētura. In quā igit sentētiā cōcedas: tuum sit iudiciū. ¶ Purpura. i. purpurea lana. Ducta est ratio a parcis. quę hois vitā cū lana quā colo nent exaquant. Nobiliorib⁹ vero purpurā hocē nobiliorē lanā alijs aliā parçē tribuūt.

Purpurea. Purpurā pro purpuræ lana Iustinus itidē vsurpauit. Verba eius sunt ex libro primo. Inuenit (inquit) cū inter scotorū greges purpurā colonensē. Est autē purpura (vt tradit Plini⁹ capite tricesimo sexto noni libri) piscis de cōcharum genere q̄ viuut annis plurimū septenis: quę tricenis dieb⁹ circa ortū canis delitescit: aqua dulci enecat: capta dieb⁹ quinquagenis salua sua viuere potest. Liquorē illū tingēdis lanis expetitū in faucib⁹ tm̄ in candida quadā vena habet: qui minim⁹ est: quęq; vna cū vita emittit. Eas igit viuas capere laborāt. Pleraq; alia scribit Plini⁹ capitib⁹ eodē, tricesimo septimo, octauo, nono, noni libri. Quo autē modo purpuræ color & vsus inuētus sit: quoniā scitu nō est inuētū dum p̄pterea scribim⁹ ex Francisci Philephi epistolarū libro tricesimo sexto: vbi ad hęc fere scribit sentētiā. Tyrin (inquit) dicit Hercules amasse nympham indigenā noie Tigonem: Tyronē Politanus capite Miscellaneorū duodecimo appellat. Hercules ad amicā euntem canis de more sequit̄ pro vetere quadā lege. Canes em̄ dños suos etiam ad ipsas vsq; cōciones sequebātur: purpurā quandā ad saxū repentē canis cōspicatus eā rapit: carne cui⁹ dū vescit: barbā tingit purpura. Inuisum colorem sibiq; gratū nymp̄ha inspicens Herculem se nō admissurā vltra dicit: nisi eodē colore infectā vestem ad se afferret. Quo factū est: vt aial tandē Hercules iuenerit: eiusq; sanguinē exprimeret: quē ip̄m nymp̄hę dono portauit. Purpurā in Bizantio primit⁹ inuentā: deoq; bāctā bizantiā eē appellatā Dioscorides affirmat. ¶ Noua purpura. Humanā vitam centū annis esse definitā nuper dicebam⁹. Parçē igit ætatis vni⁹ id est annorū centum purpurā colo agglomeratā neuerūt: secūda: item ætatis: postremo tertiæ. ¶ Et toties trino &c. Nestor ergo vixit annos trecetos: tres Nestoris ætates viuūt cornix. Cornicis tres ceruus: cerui

Purpurea inuētio.
Tigo.
Tyro.

Bizantium.

**Aialiū vi-
tucitas.**

tres coruus: Corui tres Phoenix. Quę oia cum Plinio putem fabulosa. Cuius x̄ba ex libri septimi octauo & quadragesimo capite his ascribo. Hesiodus (inquit) fabulose vt reor multa de hoim̄ x̄uo referēs cornic nouē nostras attribuit ætates: quadruplū ei⁹ ceruis: id triplicatū coruis & reliqua fabulosus in phœnice & nymp̄his. Sup̄ his ætatibus Virgī lianū vel (vt alijs placet) Ausonianum est hoc epigrāma.
Per binos deciesq; nouem superexit in annos
Iusta senescem quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula comix
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus.
Alipedem ceruum ter vincit coruus. & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.
Quam nos perpetuo decies præuertimus x̄uo

Nymphæ & Hamadryades: quarum longissima vita est.
 Hæc cohibet finis viuacia fata animantium.
 Cætera secreti nouit Deus arbiter æui. De cornice ita canit Ouidius li-
 bro Elegiarum secundo.

Viuut & arnisonæ cornix inuisa Mineræ

Illam quidē sæchs vix moritur a nouē. Virgilius de obitu Meccenatis.

Viuere cornices multos dicuntur in annos. Cornices præter hæc marito
 mortuo (vt ait Plutarchus in Dialogo qui inscribitur An in brutis ratio
 insit) nõ exiguo tpe, sed nouē hoim ætatib⁹ viduē pseruat. Qm̄ autho-
 re Valerio Maximo lib. ij. titulo de institutis antiq̄s mulieres q̄ vno cõ-
 tētē matrimonio fuerāt corona pudicitie ornabatur. Multorū em̄ ma-
 trimoniorū experiētia quasi legitime cuiusdā intēperatiæ signū esse cre-
 debatur: ideo in nuptijs veteres post Hymeneū cornice inuocabatur: vt me-
 morie p̄dit Politianus capite sexagesimo septimo Miscellaneorū. Que
 causa est fortasse: quæ a Pallade facta dicatur. Nā vt ait Ouidius lib. ij.
 metamorphoseon: Neptun⁹ Coronidē cõprimere quib̄ laboraret: Pal-
 las eā tūc in cornice mutauit. ¶ Toties viuacior. i. quoties Nestor hoī-
 bus alijs fuit viuacior: toties cornix Nestore viuacior est. hoc est quo tri-
 plici. ¶ Ceruorū ætas (vt inq̄t Plin⁹ capite tricesimo secundo libri octauo)
 discerui nõ p̄t: set dentib⁹ senecta declarat: aut em̄ paucos aut nullos
 habet. Capite eodē idē. Vita (inquit) ceruus in p̄fesso lōga est. Post centū
 annos aliquib⁹ captis in torquib⁹ aureis quos Alexander Magn⁹ addi-
 derat optos iā cute in magna obesitate. Ad hoc viuacē Virgili⁹ appel-
 lat ceruū de obitu Meccenatis. Viuacēq; magis ceruus deest esse pauē-
 tes. Idē i Buccolicis. Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui. Vbi tradit
 Serui⁹ Ceruus etate grauatos serpētes ingreire: quos flatu ad se tractos
 si comederint: in etatem redeūt priorē. ¶ Glomerātes. Ordo est Quam
 cornicis Cerui glomerātes. i. multiplicātes: & quasi in filii glomū impli-
 cantes nouies secula. i. tempora terni tractus. i. trecentorum annorum
 vincunt ter terno Nestore. i. duobus millibus & septingētes annis. Hoc
 autē ideo dicit vt cū ternario nestoris nouenarium: cornicis coniungat.
 In codicibus alijs glomerātem legebatur: set quoniā id sententiæ esse re-
 fractariū noueramus ideo glomerātes reddidim⁹. ¶ Acripedes. i. velo-
 ces quasi acrios pedes habētes. Est autē syneresis. i. syllabarū duarum in
 vnam cõiunctio. Sic Virgilius in libro Aeneidos sexto. Fixerit acripedē
 ceruam. Vbi Perotus secundum pedem p̄cleumaticum esse autumat
 sic Lucretius libro p̄mo Tum glacies acri flamma deuicta liquefcit.
 ¶ Phœbicus oscen. i. coruus. Quem sub tutela Apollinis esse Apulei⁹
 testis est. Cuius verba sunt ex libro de deo Socratis. Quum duo (inq̄t)
 colores præstabiles forēt piceus & niueus: quibus inter se nos cum die
 differunt: vtrunq; colorem Apollo suis alitibus condonauit cãdidum
 olori, nigrum coruo. Coruus autem quondam fuit olore candidior.
 Set quum Coronis Phlegiæ filia ab Apolline amata (Quam enim
 Neptunum amasse dicebamus: ea fuit filia Coronei Phocidos regis)
 cum Scy Calci filio concubuit: id quod Apollini coruus mercedē sperās
 nunciauit. Pro infelici nuncio coruū ex albo nigru fecit Apollo. Autho-

Cornicis
 ætas.

Nuptie se-
 cundē facti
 diendē.

Coronis in
 cornicem.
 Ceruorum
 ætas.

Cerui iuue-
 nescunt.

Coruus
 Apollini di-
 carus.
 Olor Apol-
 lini sacer.
 Coronidis
 adulteriū.

Coru⁹ cur
in tutela
Apollinis.

Oscenauis
Coruus vo
calis.

Oscines
aves.
Phœnix
auis.

res sunt Higinius & Ouidius libro secūdo metamorph. Laetantius in
cōmentarijs libri tertij Thebaidos Statj eum qui cū Coronide cōcū-
buit Lycū appellat: Coruumq; dicit custodē Coronidi datū. In Apolli-
nis tutela coruū esse positum Placiades libro pmo autumat: quia sol⁹
cōtra rerū naturam in medijs ipsis æstius ardorib⁹ ouiparos pululet
fœtus: vel q; solus inter aues omneis vocum ꝑhabet significationes.

COscen. i. vocalis auis quasi ore canens. Coruos autē vocales esse ꝑdit
Macrobius libro Saturnaliū scđo ad hanc fere sentētiā. Quū Cēsar Au-
gustus Adriacū præliū cum M. Antonio gesturus erat: tūc vnus aliquis
coruus duos docuit: vnū dicere Aue Cēsar victor impator: alterū Aue
victor impator Antoni. Victori em̄ coruū salutantē oblat⁹ erat: vt
docilitas tā breuis putata admirationē victori ingnaret: pro qua pecu-
niā ingentē acciperet. Victori Augusto redeūti oblat⁹ coruus dicit Aue
Cēsar victor impator. Mirat⁹ Cēsar officiosam auē viginti milibus
nummū emit. Socius opificis ad quē nihil ex liberalitate illa obuenerat
affirmauit Cēsari hēc illū & aliū coruū quē vt afferre cogeret rogauit.
Allatus: ꝑba ea q̄ didicerat exprimit. Aue victor impator Anton. Ea re
nihil exasperat⁹ Cēsar satis duxit tubere illū diuidere cū cōtubernali do-
natuū. Sutor quidā coruū aliū ad Cēsaris Augusti salutationē institue-
re laborabat: q; impēdio exhaus⁹ sæpe ad auē nō respōdētē dicebat: opa
& impēsa perijt. Edoct⁹ coruus dū trāsit Augustus salutationē dictatā
dicit. Qua audita Augustus m̄det. Satis inqt domi saluatorū taliū ha-
beo. Sup̄fuit coruo memoria: vt & illa quib⁹ dominū querētē solebat
audire subtexeret: opa & ipēsa perijt. Ad qd̄ ridet August⁹: Coruūq; emi-
iubet: quātū auē nō emerat adhuc vllā. Vocalē Coruū a suture interēptū
pōpaticis exequijs ad rogū allatū fuisse Plim⁹ tertio & quadragesimo
capite libri decimi ꝑbis enarrat plusculis. Oscines aues i Augurijs dñr
hæ: q̄rū ex garritu aut voce captant auguria. **C**Quē nouies senior &c.
Phœnicē intelligit: qui est aglæ magnitudine: auti fulgore circa collū:
cetera purpure⁹. Cæruleā caudā roseæ pēnæ distinguūt: crisse faciē: plu-
meus apex honestat caput. Qui postq̄ sexcentos sexaginta vixit annos:
casta thurisq; surculis nidū construit: odorib⁹ replet: sup̄q; emorit. Ex
ossibus cui⁹ ac medullis nascit primo quasi vermiculus: inde fit pull⁹.
Funen priori iussa vt reddat: nidū in solis urbē prope Panchaiā defert:
quē in ara deponit. Hæc ex Plinj capite scđo libri decimi. De Phœni-
cis morte & vita hisce ꝑbis Ouidius libro decimo quinto meta. scribit.

Vna est quæ reparat: seq; ipsa refeminet a les
Assyrij phœnica vocant nec fruge nec herbis
Set thuris lachrymis & succo viuut amoni.
Hæc vbi quinq; suæ compleuit sæcula vitæ:
Ilicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidum sibi construit ore.
Quo simul ac casias & nardi leuis anistas,
Quassaq; cum sulua subtraunt cinnama myrrha:
Se superimponit: finitq; in odonbus æum.
Inde ferunt totidem qui viuere debeat annos

Corpore de patrio paruum phœnica renasci.

Quum dedit hunc ætas vires honeriq; ferendo est:

Pondenbus nidi ramos leuat arboris altæ.

Fertq; pius cunafq; suas patrumq; sepulchrum:

Perq; leues auras Hyperionis vrbe potitus

Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Diuus tamen Hieronymus de phœnice aliter scribit. Verba cuius hæc

sunt ex epistola secunda & tricesima tertie partis, Phœnix (inquit) auis

est in india & per quingetos annos de libano implet se aromatib; & sic

nudificat. Et indicat sacerdoti Heliopolitano mense Famenoth aut Far-

muth. Implet aram sacerdos sarmetis: & ibi cõfert phœnix aromata:

& electrum arq; imponit. Et pmo solis ortu phœnix quidẽ mouet pen-

nas: solis vero calore acceditur electrum: & sic exurit ut aromata & ipse

phœnix inceditur. Crastino die de cinere gignitur venmis: sed p̄nas

affert: tertio ad antiquã redit naturam: & sic ad sua loca reuertitur. Hæc

ille. Tri duo igitur ad pristina suam redit natura. Philostratus libro ter-

tio de vita Apollonij Tyanei meminit phœnicem quingetesimo quoq;

anno india supuolare: ac in Aegyptum venire: ni dũq; prope Nili fon-

tes ex aromatib; sibi cõstruere. Auloni; ad Paulinũ dicit Phœnicem

mille annos viuere sic. Nec quia mille annos viuunt gangeticus ales:

Vincit centum oculos regia pau tuos. Lactantij Edyllion est de phœ-

nice pherde venustissimũ: vbi oia scribit fufius: vbiq; phœnix annos

mille viuere traditur. ¶ Gangeticus. i. indicus a Gange indie fluuio

Nam vt ait Martianus Capella libro sexto: In india fluuio rũ mazimi

sunt Indus & Ganges. A scythicis mōtib; eodẽ authore Ganges de-

fluit: latitudo cui; vbi diffusior est: viginti millia passuum: vbi angus-

tior octo cõplectitur. Gangis magnitudinem Arrianus libro de gestis

Alexãdri magni quito scribit ampli;. Gangi em̄ (vt ait) neq; Nil; neq;

Danubius cõferri possunt. Sed ne hi quidẽ duo: si Indo misceatur Gan-

gem exaq̄t. Qui magnus statim a suis fontibus surgens quindecim

magnis annib; in se receptis nomen suum perpetuo retinẽs in oceanũ

decurrit. Phœnicẽ autem Gangeticum dicit: nõ q; in india moriat; re-

renascaturq;: set qm̄ ibi viuat. Nam vt ait Lactantius quũ moriturus est

phœnix in Syriam aduolat: quæ Phœnicia dicitur.

Phœnicis nomen cui dedit ipsa vetus,

Tum leget aereo sublimem vertice palmam:

Quæ gratum phœnix ex aue nomen habet.

Quam nec dente potens animal perumpere possit:

Lubricus aut serpens aut auis vlla rapax.

Plinius tamẽ capite quarto libri decimi tertij scribit Phœnicem dictã

esse auem ab arbore: nõ arborem ab aui. Verba cuius hæc sunt. quũ de

arbore palma loquitur. Mirum de ea accepimus. cũ phœnicẽ aue quæ

putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse: iterum mori ac

renasci ex seipsa. Plinius & Solinus in Arabia phœnicem viuere pu-

tant. In his ergo tribus inter authores non conuenit: vbi viuat: quot

annos viuat: vbi quoq; mō moriat; ac renascat. ¶ Cinnamœo nido. i.

Ganges.

Palma vni
de dicta.

Phœnix q̄
re palma
dicatur.

ex cinnamo. Cinnamo em̄ plusculisque odoris alijs rebus nidum cō-
ponit. Super quo Laſtantius.

Cinnama dehinc, auramq; proculspirantis amomi
Congerit & miſto ballama cum folio.

Non caſiæ mitis, nec olentis vimen achanti:

Nec thuris lachrymæ guttaq; pinguis abeſt.

His addit teneras nardi pubentis anſas:

Et ſociat myrt hæ paſcua grata nimis.

Auis eſt in Arabia auctore Plinio capite triceſimo tertio libri decimi

Cinnamul Cinnamulgus: q̄ cinnami ſurculis nidulaſ. Cinnami (quod idē cinna-
gus. momū dicit) multa ſcribit genera Dioſcorides: ſet illud ait eſſe preſtan-

Cinnamo- tiſſimū: qđ ſit nigrū: qđ virgulas habeat teneras & leues nodis plenas
mum. cū odore veluti rutę: acer & mordax gultu: naſturtij ſemis iſtar cū ſalu-
gine quadā & feruore: cui⁹ haſtas quum fregetis puluerē emittūt odore
vincentē omnia. Haſtas quū a terra euulſeris: radices eorū dē ſequitur.

Cinnamo- Hęc cinnami eſt approbatio. Plinius quonā legatur mō cinnamū ſcri-
mum quo bit. Verba cuius hæc ſunt ex capite viceſimo libri duodecimi. Metitur
modo le- (inquit) nō niſi pmiſerit deus: Iouem hūc intelligūt aliqui: Aſſabinum
gatur. illi vocāt. Quadraginta quatuor boum caprarūq; & anetum extis ipe-
tratur metēdi venia. Non tamē ante ortū ſolis, nec poſt occaſum licet.

Sarmēta haſta diuidit ſacerdos: deoq; partem ponit: reliquū mercator
in naſſas condit. Eſt & alia fama: cum ſole diuidi: ternaq; partes fieri
qđ ſoli ceſſerit relinquit: ac ſpōte cōſlagrare. De cinnamomo plura ſcire
ſi diſcupis Solinus capite ſecūdo & quadrageſimo. Herodotus lib. iij.
Philoſtratus libro de vita Apollonij Tyanei tertio, abunde nimis tibi
ſuppeditabunt. quæ quorū omiſſam ego: vt puto non dubitas. ¶ Cra-
diatus tempora. i. caput habēs varijs quibuſdam & quaſi radijs cora-
natum. Sic enim Laſtantius.

Aequatur toto capiti radiata corona

Phœbei referens verticis illa decus. Ideoq; ſub Apollinis tutela dicit
eſſe. Vel quoniā oriente ſole etiam morituros olores ſuauiſſe cantus
exuperat. Super quo Laſtantius.

Paret & obſequitur Phœbi memoranda fatelles:

Hoc natura parens munus habere dedit. Itemq;

Aſt vbi ſol pepulit fulgentis limina portæ:

Et primum emicuit luminum aura leuis:

Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus:

Et mira lucem voce ciere nouam.

Quam nec holor moriens imitari poſſe puſetur.

Nec cillengē fila canora lyra.

Tres igitur ſunt aues ſub

Apollini q̄ Apollinis tutela. coruus, holor phœnix.

ſic atq; aues

Tergemina eſt Hecate: tria virginis ora Dianæ

Tres charites: tria fata: triplex vox: trina elemēta.

¶ Sic Virgili⁹ libro quarto Aeneidos. Tergemināq; Hecaten tria vixit

gimis ora Dianæ. Claudian⁹. Ecce pcul ternis Hecate variata figuris.
 Ouidi⁹. Ora vides Hecates in tres vergētia ptes. Exēpla hæc Domitius
 Calderin⁹ i cōmētario libri pmi Achilleidos statim sumit. Vbi ex Or-
 pheo auctore Hecaten tria hęc capita dicit: dextrū equi: sinistrū canis:
 mediū bois rusticis. Triuia ideo appellata est Hecate: quia auctore Plu-
 tarcho in Apophthegmatib⁹ Græcorū: Hecate facella triuirs aū portās
 dedicauit antiquas: qđ Hecatesion appellatū: vel qđ tres. habet ptātes:
 vt tradit Serui⁹ in cōmētario libri æneidos sexti. Nā in cœlo est luna: in
 Siluis Diana: in inferis proserpina. Vnde scitū est illā cuiuscūq; fuerit
 distichon. Terret: iustrat: agit: Proserpina: luna: Diana: Ima: superna:
 fera: sceptro: fulgore: sagitta. Eandē tamen esse Dianam & Hecatē nō
 fatent oēs. Diodorus libro quinto auctor est Soli duos fuisse filios cru-
 ddes Aetam Colchorum & Perfen Tauricę reges. Ex Perse nata est He-
 cate: qđ sagittis hoies proferis cōfodiebat: quęq; venenorū vim experi-
 tura hospitib⁹ ea in cibus tribuebat. Hęc veneno patrē sustulit. Deinde
 assūpto regno Diane Tauricę tēplū pstruit. Hospites Dianę in eo tēplo
 mactat. Hac. n. crudelitate nomē suū futurū esse clari⁹ aut umat. Post
 hæc patre Aetę nubit: cui tres pit filios Circē Medeā Aegialeū. Hesiod⁹
 in Theogonia Asterā ex Perse pepisse Hecatē dicit: quā pter oēs iupiter
 honorauit donauitq; trib⁹ numinib⁹ terre, maris, ac poli. Cicero li. iij.
 de natura deorū tradit Asterā Hecates matrē fuisse Latonę sororē. Cōso-
 brnēq; erāt Hecate & Diana. Dianās tres fuisse idē eodē lib. meminit
 Priā sunt Iouis & Proserpinę filię filia: qđ pinnatū Cupidinē genuisse dī.
 Scđā qđ ex Ioue Itio & Latona nata ē. Tertę p̄ Vpris dī. Idē li. ij. Lunā
 dictā eē a die Dianā scribit: eo qđ noctu lucēdo qđi diē efficiat. Dianā tñ
 quasi lanā ita dīpposita dictā eē putat Macrobi⁹ lib. i. Saturnaliū. Lu-
 na itidē ab hoc ternario nō videt aliena: qñquidē eā ter nouies cursum
 pagere suū dicebam⁹ ex Pythagoricorū snia. Deide Luna triplex est fac-
 cies. noua. plena. media. Tres q̄therę lucis p̄uersiones Macrobi⁹ lib. ja.
 de somno Scipionis mēorat: maximā qđ est anni scđm solē: mediā qđ est
 mēsis scđm lunā: minimā qđ est diei scđm ortū & occasum. Diei autē (vt
 id parerjon dicam⁹) tres sūt ptes. ortus mendies & occasus. quorū tritū.
 in duodecim tabulis tm̄ sit mētio. Horę. n. nōdū inuētæ erāt: vt Celsori-
 nus capite vndeicesimo meminit. Quę eā fuit: vt Eusebi⁹ capi. tertio
 tertij libri de euāgelica p̄patione Cerberū dixerit tricipitē. Supiores. n.
 regiones tres sūt: ort⁹, occasus, meridies. Solo. n. capite triformis eē dī.
 Ibidē loci Eusebi⁹ eādē esse lunā & Hecatē dicit: qđ ppter facies varias tri-
 formis eē dī. Nouilunij em̄ stutē cādidis vestib⁹ aureisq; & face ardētī
 significauit antiq̄tas. Crisa x̄o quū iam media sit designat. Quoniam
 accrescēte lumie fruges maturat. Plenilunij autem virtutē ferrugineo
 colore denotatū. subinde vt lunonē lucinam latini: ita Græci Dianā
 appellant quoniam nouilunij tempus (vt idem tradit) ad pariendum
 non parū confert. Diana in cœlo, in terra, apud inferos. virgo dicitur:
 quoniam tria hæc calor, humor, labor nisi temperata sint generatio-
 ni contraria sunt & inimica. Humori tantum Luna præest. Apud infe-
 ros calores humorē nullo tēperat⁹. In terris venationi infēta p̄ mōtes

Hecate.

Taurica
Diana.

Dianę tres.

Cerber⁹ tri-
ceps.Iuno Luci-
na.
Lucina dia-
na.

Nuptiæno
auhibat.

ausaque discurrrens feras Diana infestat. Quam a cupidine dephendi
nō posse Lucianus meminit. Set quoniā nuptias exosa est Diana illud
ex nuptijs prætereūdum esse nō duximus. Patrimos tres prætextatos
nubentē deducere. Vnum qui facem ex alba spina præferat: noctu enim
nubebāt: duos vero qui nubetē tenerēt. Author est Pompeius Sextus.
Tribus item modis vxorē haberi vsu, sorte, coemptione Baptista Pius

Pro Gellio

capite tertio annotationū ex Boetho in cōmētarijs in Topica Ciceronis
meminit. Quod Priānū caput ansam tibi præbebit ad interpretamentū
capitis secūdi libri quarti A. Gellij. Marorēq; capies: si ex Heroaldi cō-
mētarijs libri octaui Apuleij noueris nubētes ad maritū veniētes asses
tres ferte. Vnum quē in manu tenebāt: anq; emēdi causa marito date.
Alterum quē pede habebat: in foco Lanū familiarium ponere. Tertium
quem in marsupio cōdiderat cōpito vicinali resonare. ¶ Tres charites

Gratię tres

Gratię tres Aglaia, Euphrosine, Thalia ex ioue & Eurimone natę sunt
vt in Theogonia meminit Hesiodus. Quibus noia hæc lætitiā aut
celebritatē significatiā i deo esse indita Plutarchus in libro qui inscribitur
Cū principibus maxime philosophum debere disputare: autumat:
quoniā cōferre gratiā hoc est beneficiū pulcrius est & iucūdus: q̄ acci-
pere. Sapiebat (inquit) qui Gratijs indidit nomia Aglaie, Euphrę fines
Thalię. Siquidē hilarem esse & gaudere in cōferēdo beneficio: id & ma-
ius est & pulcrius. Quapropter multi pudore suffunduntur: quū bene-
ficiū accipiūt: semp̄ autem gaudent: quū beneficiū præstant. Hęc ille.
Gratię autem quō pingātur scribit Seruius in cōmētario libri æneidos
primi. Sūt (inquit) nudę: quia sine fuce esse debent: p̄næ sunt inter se:
quia insolubiles eas eē oportet. Vna est a nobis auersa: reliquę duę nos
respiciunt: vno em̄ beneficio a nobis profecto alia duo ad nos redeunt.
Gratias Bacchi atq; venens filias esse propterea q̄ numinū horū mu-
neribus gratiā cōciliantur easq; veneri sacras idē autumat. Pasitheam

Pasitheā.

vnā ex Gratijs noiat Statius in libro Thebaidos secundo. Non hoc
Pasitheā blādarum p̄na sororum. Sup̄ quo Laetātius. Noia (inquit)
gratias: sūt tria Pasitheā, Aglaia, Euphrosine Iouis & Hermionę filię
Gratias veneris esse pedissequas Marsilius ficinus negat: set minerva.
Gratias tres esse potissimū apud superos planetas idē dicit Mercuriū
Phœbum Venerem hoibus propitios sibiq; inuicem i cælesti circuitu
comites. Mercurus em̄ vitali quādā promptaq; sua mobilitate vt res
ip̄as inuestigemus assidue hortatur. Sol inuētionem querētibus pate-
facit. Venus venustate gratissima qd̄ inuētum est exornat. Triū maxie
retū causa fortunę agebat gratias Thales milesi⁹ (vt id obiter dicam⁹)
Primo q̄ homo nō bellua: deide q̄ vir nō mulier. Tertio q̄ Gręcus na-
tus esset nō barbar⁹. author est Diogenes Laertius lib. j. Quoniā item
amicitiā gratię cōciliant triplicē ex Laertij eiusdē libro quinto amicitia
dicimus. Vnam cognationis: alteram amatoriam: tertiā hospitalē.

Amicitia
triplex.

Fata tria.

¶ Charites dicuntur Gręce. nam Χάρις. τοσ̄ gratia dicit. ¶ Triā fata.
Ad parcas locum hunc referri putem: eas em̄ appellari fata dicebam⁹.
Aliam tamē fuisse fati partitionem inde cōiectem: q̄ apud Plutarchum
in libro de placitis philosophorum p̄mo Possidonius Iouem tertium

secūdam esse fatum dixerit. Primū enim esse iouem: secūdam naturā: tertiu fatum putauit. Fatū in re nulla nisi i morte ponēdum esse multū autumat: nam quicquid vel agimus vel dicimus patimur vendicuta: n̄ potest: ideo est fortuitū. Mors autē vt viuētibus adueniat necessum est. Nam vt ait Valerius Maxim⁹ lib. vj. titulo de obitu filioꝝ patris: ter lato: quēadmodū mori nemo solet: q̄ non vixerit: ita nec viuere aliq̄s pōt qui nō sit mortu⁹. Tria Troiē fata fuerūt: Palladū raptū: Troiū mors: sepulchrū Laomedontis violatū. Plautus in Bacchidibus.

Troiē fata

libro tria fuisse autui fata: quæ illi forent exitio:

Signum ex arce si pensset: Alterum etiam est Troiū mors:

Tertiu quum portæ Scææ limen superū scinderetur. Alia multa scribi Seru⁹ in p̄nētario secūdi Aeneidos & in theogonia Hesiodus. Obiter attende eā fuisse quōdam p̄suetudinē: vt quum aliquis nte sepult⁹ eratz quūq̄ discedendum erat: propinqui ad tumulū ter clamabant: Vale.

Vnde factum est puerbium Conclamata res est. quū res aliqua perditā est: usq̄ recuperandæ spem abiecitimus. ¶ Triplex vox. pressa, in tonās media. Accētus triplex acutus, grauis, circūflexus. De vocis diuisione eiusq̄ partib⁹ dicemus habenus tum quū de musica triplici meminimus. ¶ Tria elementa. De elemētorum numero nō eadem sententia consentiūt omnes. Alij enim vnum: ali j duo: tria: ali j quatuor esse putant. Eorū qui vnum esse putant: in eo no iando sentētia nō cōuenit.

Nam auctore Aristotele libro tertio de Cælo & mūdo ali j ignē: ali j aerē ali j aquā: ali j aquæ acrisq̄ mediū aqua subtilius & aere densius: cælos & omnia cōtinens, magnitudine infinitū. Libro autē secūdo de Generatione & corruptione elementa ponēda esse quatuor cōtendit: qđ idem libro quarto de cælo & mūdo asseuerat. Eorum igit qui tria posuerunt

Elementa
tria.

elementa: ex quibus mūdus constaret totus: opinionem secutus est Lucretius: quū de mūdi exitio in libro quinto his verbis loquitur. Quod superesse nte in p̄missis plura moremur:

Principio mana ac terras cælumq̄ tuere:

Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi

Tres species tam dissimiles, tria talia texta

Vna dies dabit exitio: multosq̄ per annos

Sustentata ruet moles, & machina mūdi. Sup quo Baptista Pius. Hoc

(inquit) ex Lucretiana opinione cecinit Ouidius. Explicat vt causas rā

pidi Lucretius ignis. Casurumq̄ triplex vaticinatur opus. Dixit enim

triplex opus p̄ trino consistētē molē p̄ncipio igne, aere, terra. Hęc ille.

Tria elementa inter se mutabilia ignem, aerem, aquam, terram autē in

eorum nullū mutari. Plutarch⁹ libro de placitis philosophorū primo

tradit. Tria esse p̄cipua naturę elemēta sine sapore, sine odore, sine succo

aquā, aerem, ignem Plin⁹ capite vicesimo septimo libri decimi quinti

assumat. Elemētorum tria intersita Macrobius lib. j. de somnio Scipi-

onis dicit. primū est a terra vsq̄ ad aquam: ab aqua vsq̄ ad aerē scđm

tertiu ab aere vsq̄ ad ignem. Diuus Augustin⁹ capite decimo quarti

libri de Ciuitate dei ad hęc scribit sentētiā. Secūdam (inquit) poetarū

cōmēta tria tantū ponēda sunt elemēta: quorū singulis deos p̄fecerunt:

Iuno.
Salacia.
Proserpi-
na.

vt Igni Iouem: Neptunū aquę: terrę Plutonem. Singulis item vxores tribuant suas quasi suppositas. Inferiorem enī partem cęli: acrē Iuno tenet: Mans inferiorem Salacia: Proserpina terrę inferiōrē. Illud obiter dictum velim Proserpinam ex horto Plutonis a quo rapta fuerat tria mali punici grana prius comedisse: q̄ ad inferos querēs eā Ceres mater peruenit: quare eius recuperādā ius amissum est. Author est Hesiodus in Theogonia. Ouidius tamen libro quinto Metamorphoseos grana septem sumpsisse dicit. Et quoniā ab alendo elementa dicta volūt illud nō prætermittimus: qđ Hippocrates in libro de flatibus alimentū dicit esse triplex cibum, potum, spiritum: qui adeo ad vitam necessarius est vt sine eo tēpusculi horulā viuere nō possis: sine cibo & potu plūsculos dies viuere possis. Ideo non impropria fortassis esset lectio si alimenta legeres: vt scilicet post vocera: quę sine spiritu esse nō possēt: alimēta poneret. Aut elementa dicit rerum principia q̄ secūdam Aristotelem sunt materia forma priuatio.

Alimētum
triplex.

Tres in Trinacriā Sirenes: & omnia trina:
Tres volucres: tres semideę: tres semipuella.
Ter tribus ad palmā iussę certare canēnis
Ore: manu: flatu: buxo: fide: voce canentes.

Lygiā alij
dicunt.
Sirenes.
Voluptas

¶ Sirenes tres fuēt Parthenope, Leucosta, Lagia. Quę ideo tres fuisse dñt: q̄ voluptatē alliciētē significēt. Voluptatis autē triplex est illecebra: vt ait Placidas: aut em̄ cantu, aut visu, aut p̄suetudine titillant hoīes Mantuanus Bapt. tria voluptatis venerę damna p̄cipua ememorat hoc versu vt exiguo ita p̄fecto elegati. Diuitias: animū: corpus: necat inficit: aufert. Fuerūt autē Sirenes secūdam fabulam (vt author est Seruius in p̄mētario libri quinti Aeneidos) Acheloi & Calliopēs filię ptm aues partim volucres: q̄ tria hęc nouerāt: vna voce, altera sibijs, tertiā lyra canere. Quo cātū triplici nauas alliciētes in naufragia deducebāt. Meretrices re vera fuisse putat: quę transeūtes quoniā ad elegatē deducebāt: his sicut sunt inferre naufragia. Fabulā aliā Ouidius libro quinto metamorphoseos cōmmissit ad hanc p̄pmodum sententiā. Sirena: inquit comites erāt Proserpinę fideles admodū: qui cū flores in monte Aethna legebant tum: quā a Plutone rapta est. Quā quū per orbē totū frustra disquisissent: vt in mari itē q̄rerēt a dijs alas p̄cibus ipetrarūt. Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures:

Tantaq; dos oris linguę deperderet vsūm:

Virgine vultus: & vox humana remansit. Super eaq; dulciculo cantu canit Virgili⁹ in poematijs. Sedent autē in prato: vt author est Homerus libro Odyssę duodecimo: vbi alta est humanorū ossium cōgeries: quos quidem homines modulatiore cātus suauitate illeccios naufragio perdidierant. Quod imitatus est Virgilius libro quinto.

Iamq; adeo scopulos sirenū aduecta subibat.

Difficiles quōdam, multorūq; ossib⁹ albos. Eas qui incautus audierit

neq; ab vxore neq; a liberis expectandus est amplius: nec item reditu gauisurus sit. Ab Vlyſſei deo ſuperatę ſunt: q; eum allicere nō quierūt inq; mare ſe p̄cipitauerunt: vnde ſum⁹ piceam nubem imitans ac fluctus maximi p̄pecti ſunt. Author eſt Homer⁹. Parthenopes tamē ſimulachrum Neapoli oſtendit vt libro quinto Strabo meminit. Syre nas quaſi tractorias appellat Placiades putat *ὄρεω* em̄ traho dicit qđ ſi recipis Syrens cū y ſcribendū puta. Nobis tamē perſuadem⁹ potius dici ab *ἔρω*. n. dico & neſto, vel dicitis neſto: qđ Sirenū eſt officiū. Vocabulis em̄ Gręcis que aſpirationē in principio habēt ſæp literā ſ p̄po: nim⁹: ea quā latina facim⁹. vt *ὕπνος* ſopnus, *ὕος* ſus. Quod idē aliquā do etiam Gręci faciūt. Nam dicūt etiam *ὄος ὄος* ſus ſuis: ita *ὄειρη*, *κνός*, Siren, ſirenis. Diphthongon em̄ in longū mutan prius dicebam⁹ quā ſi nō improbas ſentētiam Sirenes per ſcribe. ¶ Trinacria dicta eſt Sicilia eo q; tria habeat p̄mōtoria Pachinum, Pelorū, Lilybeū. Africa fines reſpicit: vt ait Marſian⁹ Capella libro ſexto. Quā a Siculo Neptu ni filio appellatā eſſe tradit. Polybius libro p̄mo de p̄mo bello punico tradit a Siculis vetuſtiſſimis Italię populis Sicilia eē appellatā. Tradit item Sicilia triangul hęc ſpeciē: in ſingulis aut angulis ad extremū eſſe p̄mōtorū. Pachinus. n. ad meridie Pelorus ad ſep̄tētrionē Lilybeus in Libya & occaſum hyemalē vergunt. Sicilia cultores p̄mos Cyclopes ac Leſtigonas fuiſſe: Sicanos deinde idigenas, aut ven⁹ Hiberos a flu uio Sicano om̄dos ibidē habitaſſe vnde dicta eſt Sicania que pri⁹ dicebaſ Trinacria Thucydides in lib. vj. de bello Peloponeſiaco meminit. Duos aut fuiſſe Sicanos ex Beroti antiq; tatib⁹ didicim⁹. Priore Ianigenaiū hoc eſt Italorū regē: quo tpe apud Celtas regnabat Longo is a quo Lyngones diſtos eē putāt. Poſterore Sicon filii Celtiberorū regē. Trinacria igit (vt domū redeam⁹) a p̄mōtorijſ trib⁹: que *ακρεα* vel (vt ait Seruius) *ακρεα* Gręci vocāt nūcupata eſt. Eam ob rem Triquetra quaſi triangula dicit. Dicim⁹ obiter Siculos ab Apuleio libro vndecimo trilingues appellari eo q; tribus linguis loq;bant. Gręca Latina & Sicula. ¶ Sirenes & oia trina. Ideo p̄ticulā & in alijs deſideratā ſubduxim⁹: q; ea ſinalis in Gręcis noibus Tertie declinationis in plurali numero correpte dicit: vt Virgilius. Potiuntur Troes arena. Idem. Arcades ambo. ¶ Omnia trina. De tribus dicim⁹ omne. Tres hęc ſirenes ſingulę trinae ſunt. Tres ſunt volucres: alas enim pedesq; gallinacios habēt: q; vt ait Placiades affectus libidinis ſuas omnes diuitias diſpergit. Tres ſemipuelle: os enim virgineū cū lingua retinent. Ouidi⁹ libro quinto meta. Vobis Achelordes vnde Pluma pedesq; auū: quū virgins ora geratis. Tres ſemideę. Homer⁹ em̄ libro duodecimo Odyſſę diuinas appellat. Strabo libro primo author eſt prope capreas tres eſſe inſulas paruas, deſertas, petroſas: quas a Seremb⁹ Sirenuſſas appellant: vbi Sirenū eſt ſacellum. Seruus tamen cis tantum formam duplicem tribunt: ait enim eas partim virgines, partim volucres fuiſſe: eaſq; p̄mo iuxta Pelorū poſt in Capreis habitaſſe. In Trinacria igit intellige in inſulis freſi ſeculi. Omnia nō oia codices ij qui putant emendatiores habēt: quod ſi legis: id quod ſequitur cum eo quod p̄cedit non cohæreat. Diuinas

Trinacria,
Sicilia.

Sicania.

Sicaniduo

Sirenuſſa.

Diuinatio
triplex.
Augures.
Pierides.

tionē tamen in tres ptes partitā esse ex Martiani Capellē libro septimo didicimus. Augures præterea in principio tres postremo nouem fuisse Pōponius letus & L. fenestella in libris de Romanorū sacerdotijs meminērūt. ¶ Ter tribus &c. Nouē Pieri filij canētes ore. i. voce, manu. i. fide & cithara, flatu. i. buxo buxæa ve fistula cum musis nouem cātu decertarūt: quæ vicē in picas mutarē sunt. Apud Ouidium libro Metæ morphoscos quinto fabula ad hęc fere sentētiā describit. Piero ex vxore Anipe nouem natē sunt filij: garrulitate quarū & pulcritudine supbiēs mater Musas nouem cū nouem filibus ad certamen puocare nō dubitat. Certatur vtrinq;. Nymphæ quę electæ fuerāt iudices, Heliconias deas. i. musas vicissē concordī sententia pronunciant. Set quoniā opinionē sua iure nemo vincitur: a conuictijs Pierides nō abstinēt. Cōuictiorū musę impatiētēs iniuriā se vlturas repositurasq; minitātur.

Rident Anipides: spernuntq; minantia verba:

Conatq; loqui, & inagno clamore proteruas

Intentare manus: pennas exire per vngues

Aspexere suos: operiri & brachia pennis.

Alteraq; alterius rigido concrefcere rostro

Ora videt: volucresq; nouas accedere siluis.

Plangere dumq; volunt: per brachia mota leuatę

Aere pendebant nemorum conuicia picæ.

Nunc quoq; in alitibus facundia prisca remansit:

Raucaq; garrulitas studiumq; immane loquendi. In picas igitur mutarē sunt Pieri filij: quæ ex patris noīe Pierides appellātur. Set a mōte Pieria quę Thracēs authore Strabone libris nono & decimo, musis cōsecrauerūt pierides musę dictæ sunt. ¶ Palmā hoc est victoriā aduersus musas cōparandam. In certaminibus enim placuit palmā esse signum victorię. Quę causa puto fuit: vt ramus Palmę ante fun⁹ beatę Marię præferretur eo q; mūdialia hęc omnia cōstanter euecerat. Palmæ enim natura ē: vt vrgētib⁹ p̄mētibusq; onerib⁹ nō cedat: nec infra flectat: sed aduersus resurgat: vt tradit A. Gelli⁹ capite sexto libri tertij. Musas autē

palmā ideo coronari putāt: q; phœnicem auem palmā appellatā fuisse dicebim⁹: phœnices autem (a quib⁹ nominatum esse phœnicem notauimus) primi literas inuenisse tradūtur. Vel quoniā in palmarū folijs prius q̄ in arborū libris veteres scripsisse Plinius capite vndecimo libri decimi tertij authore est. De palma idē Plinius quum in locis alijs perinultis: tum præcipue capite quarto libri decimi tertij memorat. Clusę a matre, vel iussu. i. volentes. Virgilius in scđo Aeneidos. Infandum regina iubes renouare dolorem. Plautus in Aulularia. Quoi iubeant nubant. Græcis enim λέβω & volo & impero significat: vt ait Baptista Pius. Fide. i. cithara.

Tres Sophiæ ptes: Tría punica bella: trimestres
Annorum cœlique vices: noctisq; per vmbra
Tergemini vigiles: ter clara instantis eoi

Musæ pal-
ma coronā
tur.

Signa canit serus deprenso Marte satelles.

¶ Tres sophiæ partes, Triplex est philosophia (vt tradit Eusebius capite primo libri vndecimi de euagelica præpatione) ethica, physica, logica. Cicero libro de Oratore primo scribit coherere. Philosophia (inquit) in tres partes distributa est: in naturæ obscuritate: in differendi subtilitatem in vitæ atq; mores. Per primū physicen, per alterū logicen, per tertium ethicen. i. moralē intelligit. Tres itē sunt philosophiæ partes. Vna quæ immobilia cōsiderat: vt metaphysica & partim mathematica. Altera: quæ mobilia sēt incorruptibilia vt astronomia. Tertia: quæ mobilia & corruptibilia: quæ physica noia. Author est Aristoteles libro Physicon secūdo. Philosophiā autē ethicam oīe serua parte in tres partes distributam esse attendim⁹: & Triapuen esse necessaria Aristoteles dicebat ingenii exercitationē disciplinā: vt author est Diogenes Laertius libro quinto. Apud eūdē libro tertio disciplinā triplicē Plato dicebat. Practicē: quæ in actione consistit: qualis est ciuitas, tibatū cantus, citharæ pullus, & hoc gen⁹ alia. Alterā effectricē: ex opīs effectu appellatā: qualis est ædificiū nauisq; structura. Videre quippe in promptu est opus consummatū. Tertiā theoreticē: quā speculatiuā latine dicere queas: vt sūt geometria, harmonia, astologia. Vitæ gen⁹ triplex est apud Plutarchū in libro de liberis educandis: actiuū, contemplatiuū, voluptuosus. Hoc sane dissolutū voluptatisq; mācipium beluarū est & infirmorū hoim. Actiuum si philosophia caruerit: ineptū est: magnisq; delictis obuoluitur. Speculatiuum ab actiuo seunctū profus inutile est. Animę apud eundē libro quarto de philosophoꝝ placitis tres sunt ptes: ratio, iracūdia, cupiditas. Ratio: vt ait Diogenes Laertius libro tertio ex Platonis sententia: sedes est consilij, cogitationis, ac reliquorū huiusmodi. Cupiditas est ciborum vel ægressus & hoc genus aliorum. Iracūdia doloris, indignationisq; author est. Rationem. i. portionem mentis optimam Apuleius libro de dogmate Platonis ait capitis arcem tenere. Iracūdiā procūla ratione ad domiciliū cordis deductam esse. Cupiditatē appetitusq; postremā portionem infernas abdominis sedes obtinere: vt popinas quasdā atq; latrinæ: latebras diuersoria nequitię luxurięq;. Obiter attende latrinæ ab Apuleio latine dici: ne in eorum cōcedas sententiam: qui eam vocem quasi Barbaram ex latio relegant. Diuus Hieronymus libro secūdo cōtra Iouinianū. Guttur nostrū mediatorū efficiat latrinæ. Tribus rebus cōparatur bonitas: vt est apud Aristotelē capite decimo tertio libri septimi Politicon: natura, more, rōne. Bona tripliciter proutus est Plato: vt est apud Diogenē: alia em̄ posuit in aīo: vt iustitiā, prudentiā, fortitudinē. Alia in corpore: vt pulcritudinē, habitū præclarū, sanitatem, robur. Alia in fortuna: vt patris felicitatem, diuitias, amicitias. Amicitia itidē ponit triplicē: naturālē qua parētes naturę istinctu in liberos afficiūtur: cognati se mutuo diligūt: quę ad ceteras quoq; amantes diffundit. Socialē: quā sine vllō cōsanguinitatis vinculo p̄suetudo sola cōciliat. Hospitalē qua ex cōmēdatione libens ve hospitib⁹ iungimur. Triplex p̄ter hęc diuidit iustitiā. Vna ē. n. circa deos: altera circa hoies.

Philosophiæ triplex.

Vitæ gen⁹ triplex. Voluptas Actio. Contemplatio. Alię ptes. Ratio. Cupiditas Iracundia.

Latrine.

Bonitas. Bonū triplex.

Amicitia triplex.

Iustitiæ triplex.

- Tertia quæ circa defunctos versatur. Nam qui sacrificia secundum leges faciunt: sacrarum rerum curam habent: iudicium deos religiosi ac pii exhibent. Qui vero inuita deposita reddunt: iusti ergo homines sunt. Qui autem vita functis iusta persolunt: tertiam illam iustitiæ partem exequuntur. Triplex item est pulchritudo: ut idem author est. Vna laudabilis: ut formosa facies. Altera vsui feruens: ut domus: quæ præferat quod pulchra est vsui nostro accommodata est. Tertia studijs & legibus consistans humane vitæ commodis maxime consulens. Ut autem ad philosophiæ partitionem ternariam tandem redeam philosophorum qui honesta in re felicitatem collocarunt maximam triplex est secta: stoicorum peripateticorum hoc est Aristotelicorum academicorum. i. platoniorum. Sapientiam triplicem M. Cicero in Laelio dicere videt. Vnam scientiæ alicuius exactam professionem: qualis erat in L. Accilio iuris civilis prudentissimo. Alteram rerum multarum experientiam ætate multa comparatam: quæ eandem nostri appellant prudentiam: in qua M. Cato Censorius excelluit. Tertiam circa bene viuendi præcepta ipsiusque virtutis cognitionem versatam: quæ in Laelio fuisse prædicat. Hos ite tres Acciliū, Catonē, & Læliū sapientes cognoscit fuisse inuuit. ¶ Sophia quæ mediam corripit semper Amicus noster Quintianus exemplis comprobat plurimis. Imperitorum tamē vulgus aliter est persuasum: quum producere semper autmet. ¶ Tria punica bella. Tria bella Romani cum Carthaginensibus gesserunt. Primum pro insula Sicilia habeda. Quo in bello Attilius Regulus cõsul Romanus captus est. De quo Polybius tres libros composuit. Alterum quæ Hannibal is qui in patris Hamilcaris manu ante aram Iouis Opt. Max. Carthagine (ut Aemilius Probus auctor est) iurauerat se cum Romanis in amicitias non rediturum unquam: quæ (inquam) Hannibal in Romanos exulsit auit: gessitque annos permultos. De quo Titus Livius scribit amplissime. Tertium quæ gerendum esse. M. Cato Censorius persuasit: eo quod hoste dierum trium nauigatione propinquum haberent. Quod annis tribus confectum est. Quo tempore Carthago anno postquam condita erat septingentesimo in cineres versa est. Id quod Scipio animaduertens illachrymasse, illudque Homericum carmen pronuntiasse dicitur.
- Iamque dies aderit: quo concidat Ilium ingens
- Romæ ruina. Et Priamus, Priamisque ruat plebs armipotētis. A præceptore Polybio interrogatus quidnam sibi vellet cannen: non aliud respondit quam Romam. Author est Appianus in libro qui Libycus inscribitur. In quo tria hæc bella punica scribit fufius: de quibus plura non dicimus: quoniam apud scriptores prope omnes qui de Romana historia aliqui scripserunt: scriptum vulgo inuenias. ¶ Trimestres annorum calique vices. Tertio quoque mese anaus mutatur. hinc annus in partes quatuor diuiditur: ver, æstat, autumnus, hyemē. quibus quædam anni partibus celi hoc est aeris qualitas mutat. Hochoxasticho Ausonius hæc anni partitionem profecutus est.
- Aetheros menses, & tempora quattuor anni
 Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.
 Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.
 Iulius, Augustus, necnon & Iunius æstas.

Septembri, Octobri autumnus, totoq; Nouembri.

Brumales Ianus, Februarius, atq; Decembris. Singulis enim partibus sui menses terni tribuuntur. Decembris autē in nominandi casu ut nouēbris octobris ac septembris dicebatur: ut author est Priscianus libro. vij. Cato de sacrificio permisso. Mense octobri facimus: septēbris reliquus erat. Quod autē in codicibus recenter informatis decembris legatur: id me non praeferit: sed exemplar vetustum sequor potius Pythagoras hominis vitam in partes quatuor partitus est: in pueritiam, adulecentiam, iuuentam, senectutē. Quarum singulis annos viginti tribuit. Singulas item singulis anni partibus comparat. Veri pueritiam: aetate adulecentiam: iuuentam autumnus: hyemi senectutem: ut author est Diogenes Laertius. Super qua re non tacuit Ouidius. Cuius verba licet pluscula: set certe lectione non indigna his ex libro Metamorphoseos quinto decimo ascripta curauimus.

Actates hominis quatuor.

Quid non in species secedere quattuor annum
Aspicis aetatis peragentem in infamina nostrae?
Nam tener, & lactens, pueriq; simillimus aeo
Vere nouus est. tunc herba virens, & roboris expertus
Turget & in folida est: & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent: florumq; coloribus almus
Ludit ager. neq; adhuc virtus in frondibus vlla est.
Transit in aetatem post ver robustior annus:
Fitq; valens iuuenis. neq; enim robustior aetas
Vlla nec huberior: nec q; magis ardeat vlla est.
Excipit autumnusposito feruore iuuentem
Maturus, mitisq; inter iuuenemq; senemq;
Temperie medius: sparsus quoq; tempora canis.
Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu:
Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos.
Nostra quoq; ipsorum semper requies sine vlla
Corpora vertuntur, nec quod sumus ve sumus ve

Cras erimus. Heculle. Annum suū Arcades mensibus ternis explicabāt: ut ait Macrobius libro Saturnalium primo. Solans annus annos tres Hispanorū cōplebat: ut in equiuocis author est Xenophon. Apud Aegyptios (ut ait Diodorus libro primo) tria fuerūt anni spā ver, estas, hyēs propter quē spā Mineruā quā aetē esse putāt: tergemina appellauerūt. Hanc tēporis diuisionem ternariā Martianus Capella libro septimo significat. In tria (inquit) se spatia tēporis cursus alternat. Orpheus in hymnorū libro: ut ait Marsilius Ficinus in eplis: tradit Apollinē fidibus canoris. i. motibus viribusq; suis oia temperare. Hepate. i. voce graui hyemem. Neate. i. acuta aetatem. Dorionibus. i. medijs vocibus ver, autumnumq; producere. Quoda proposito nostro non est alienum. ¶ Noctisq; p vimbā tergemini vigiles. Noctibus singulis terni, vigiles excubāt. Cicero tñ si modo Ciceronis illud est; opusculū, aliquāto scribit aliter. Cuius verba ex libro de disciplina militari his ascribo. In plio (inquit) de singulis ceterumj; quaterni eques & quaterni pedites excubitu nocte faciūt.

Anni partes.

Minerua tergemina

Vigiles.

Quia impossibile videtur in speculis vigilantes singulos permanere: ideo in quatuor partes tesseram assumunt diuise vigilie: vt non amplius q̄ tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigilie admittuntur: finitis horis a cornicine reuocant. Hęc ille. Eadem fere verba Vegetus, capite octauo libri tertij de re militari usurpat: vbi ad clepsydrā diuisas esse vigilias dicit. Ex clepsydris enim prius q̄ inuenta fuissent horologie horę dignoscebant. Latini in vigilias primā & secundam vsq̄ ad noctem mediam indeq̄ in tertiam & quartam, noctem diuidere solent. Vigiliarum circuitionem Palamedes inuenit primus: vt author est Darhes Phrygius. Vigiliis ipsis, alijsq̄ militib⁹ tria sunt signa: vocalia, semiuocalia, muta. Vocalia semiuocaliaq̄ aurib⁹, muta oculis percipiuntur. Vocalia dicuntur quæ humana voce proferunt. Vigilia verbum vulgus appellat: vt in vigilijs vel in prælio pro signo dicitur: virtus, palma, victoria, fortuna, triumphus, aut quoduis huiusmodi: quæ dare solet is: qui in exercitu potestatem habet maximā. Semiuocalia sunt quę pertubam, aut cornua, aut buccinā danstiquibus cognoscit exercit⁹ stare ne an p̄gredi, an regredi oporteat: an itē fugiētes longe p̄sequi: an sese recipere. Muta signa sunt vexilla: vt tria Gallorū lilia, Romanorū aquilæ, dracones, minotauri. Quocūq̄ enim hæc feri dux iusserit: milites signum suum comitātes vt pergant necessum est. Quoniā autē militatis rei hic nos meminim⁹: dicendum putamus tria fuisse ap̄ Romanos veteres in bellis gerūdis militie genera: vt Seruius in cōmētario libri octauo Aeneidos meminit. Nam aut legitima erat militia, aut cōiuratio, aut euocatio. Legitima erat: quū singuli milites se pro republica facturos: nec ab exercitu nisi militie tpe completo discessuros iurabāt. Tumult⁹ quū ex hostiū & periculi vicinitate timor erat multus. Quia nō singulos interrogare nō vacabat: qui ducturus erat exercitū: ad Capitoliū adibat: exinde vexilla duo p̄ferebat. Vnum roseum quo pedites euocabat. Alterū cæruleū qd̄ erat equitū. Nā cærule⁹ color est maris: a cui⁹ deo equū putāt inuentū. Dicebat is: qui vult rem publicā saluā esse mesequat. Qui ergo cōuenerāt: hi simul iurabāt. Quæ ex re militia hæc cōiuratio dicebat. Erat & euocatio quū ad diuersa loca diuersi mittebant ad cogēdos milites. Hęc Serui⁹. De tumultu Budę⁹ noster rarū Gallię toti⁹ in literis ornamentū in annotationib⁹ in Pandectas nō scite magis q̄ elegāter excribit. Tres itē fuisse bellorū missiones ex priuibus Baptillę Pij annotationib⁹ didicim⁹ honestam, causariā, ignominiosam. Honestā quū bello p̄fecto milites dimittunt. Causariā quum quis animi vel corporis vitio minus idoneus a militia discedit. Ignominiosa quū propter delictū aliq̄ quis militie sacramento soluit. ¶ Terclara inflātis heoi &c. Gallus gallinaceus adueniēte die ter canit. Quam rē netu nescias altius repetim⁹. Licet Plato duas tantū Veneres fuisse dicat in Symposio: vnā celestem Cælo sine matre natam: quę honesto amori p̄est. Alteram vulgare Louis & Diones filiā: quam turpis amor comitat. Cicero tamen in libro de natura deorum tertio plures enumerat. Tertiam autem Ioue & Dione natam: quę Vulcano nuplit. Amore cuius Mars inflātatus est. Erat autē adulescētulus quidā noie

Signa militaria.

Militie genera tria.

Legitima militia. Tumult⁹.

Cōiuratio. Euocatio.

Missiones bellorū tres.

Veneres duæ.

Mars Venerem amat.

Gallus Marti adamasus: cū deo cōpofans collufitanſq; & in voluptatibus morē gerēs. Quum igitur ad Venerem cum ea cubaturus Mars adit: hunc quoq; Gallum ſecum adducit. Quoniā ſolem Mars præ ceteris metuebat: ne ſi e ſublīmi deſpiceret, Vulcano ſe pderet: aduleſcētulū foris ad hoſtīuz relinquit: iudicio cuius fiat certior: quādo ſol orrietur. Gallus aliquādo ſopno correptus excubias imprudēs deſent. Sol itaq; ortus præſentiēte nullo Marte & Venerem ſecure dormiētes deprehēdit: deprehēſos Vulcano indicat. Vulcanus vinculis his quę ad hoc pridem fabricatus fuerat irretit atq; implicat: deoſq; omneis reliquos ad nouę rei ſpectaculū puocat. Mars ſimulac dimiſſus eſt: aduerſus Gallū indignat: quem in auem ſui nois tranſmutat: cuius in capite pro galea criſtam relinquit. Hęc ob rem galli gallinacę v̄ Marti ſe purgēt ſimul atq; ſolem ad ſuperos redeūtem ſentiūt (quum nā nihil opus eſt vltra) vociferant: ortuq; illius multo ante ſempore prænūciant. Author eſt Lucianus in Dialogo qui Gallus inſcribitur. Vnde a gallorum cantu gallicinium dicimus. Nam vt Censorinus ait capite vnde uiceſimo tē po qd medię nocti proximū eſt vocatur a media nocte. Sequitur gallicinium: quum galli canere incipiunt. Conticinium quum conticuere. Tres Marti dedicant animantes. Lupus, ſerpens, Gallus. Gallū Marti immolabāt Lacedæmonij tum: quum aperto Marte hoſtem ſuperauerant. Boem autem maſtabant: ſi ſtraſagemate hoc eſt militari calliditate ſuccubuerat hoſtis. Author eſt Plutarchus in libro de Lacedæmoniorū inſtitutis. Gallum plumis albis Ioui eſſe ſacrū. Ideo ab eo abſtinēdum. Menſi quoq; ſacrātū eſſe. Nā horas ſignificat: credidit Pythagoras: vt libro octauo meminit Diogenes Laertius. Gallos autē ſub Martis tutela eſſe eo q; Cicero libro de diuinatione primo tradit cōprobati poſſe. Thebani (inquit) quū pugnaturi eſſent cū Lacedæmonijs: eaſq; tōne ſacra ſacrēt: gallos gallinaceos eodē loco aſſidue ſic canere cœpiſſe ferunt: vt nihil intermitterēt. Augures vero dixiſſe victoriā eſſe Thebanorum: propterea q; auis illa victa ſilere ſolet: canere ſi vincat.

¶ Inſtātis heoi. i. diei appetētis, pperātis, quaſi fores pulſantis ē oō em̄ & h̄ō aurora oriens dicitur. ¶ Signa canit ad ſigna caſtrenſia alludit.

¶ Serus. . . quū nihil opus erat ampli⁹: nam tū dormiebat quū canere oportebat. ¶ Deprehēſo Marte. i. poſtq̄ a ſole Mars deprehēſus eſt.

¶ Satelles. i. comes Martis. Satellites enim dicūtur ij: qui precio conducti ab imperatore nō diſcedūt: quos latrones quaſi laterones auctore Seruio appellauit antiquitas.

Gallus.

Veneris cū Marte ad

Galliciniū Cōticiniū.

Gallorum cantum eē: boni om̄p̄nis.

Et qui conceptus triplicatæ veſpere noctis

Iuſſa quater ternis ſuſpēdit opima trophæis.

¶ Quo ſepore cum Alcmena iupiter cōcubuit: tres noctes in vnam coniunxit: vnde natus eſt Hercules: cuius labores ſunt duodecim.

¶ Quū Amphitryo Alcei fili⁹ cū Pterela rege Theleboaz bellū gereret iupiter Amphitryoni omnino pſimilis cū Alcmena concubuit: tresq; noctes in vnā cōiūxit. Maximū roboris futuri indicū: t̄pis tantū in eo puero creādo eſſe impēſum. Super qua re Pſautina eſt fabula etiā (vt cū:

Gellio dicam) Plautimiffima: cui titulus est Amphitryo. Aduenire autem die partus in deos: confellu iupiter dixit: eum fore Argiuorum regem: qui ea die naceret. Iuno pellicibus suis natifque ex pellicibus irata filiam Lucinam follicitat: que Alcumenem partum comprimat: eo die ne pareret: Euristheumque ante partitionis tempus in lucem ederet. Elufus confilio & opinione iupiter. Euristheum quidem regnaturum, Alcumenemque filium illi pariturum atque certamina duodecim que Euristheus imperaffet abfoluturum dicit: quibus confectis immortalitatem afsecuturum. Natus puer ex aui nomine Aleus est appellatus. Sed quum dracones duos (quos perdendi eius gratia Iuno imiferat) manibus apprehenfos suffocaffet: Hercules quali Iunonis gloria: hoc est ex Iunonis inuidia gloria sibi coparans: deinde Hercules appellatus est. Author est Diodorus libro quinto: vbi de Hercule eiusque laboribus duodecim non parum multa profequitur. Sed idem libro primo eum fuisse appellatum Herculem dicit: non quod propter Iunonem gloriam afsecutus fit. Sed quia Hercules illius prife virtutum imitatus fit. Tres enim fuisse Hercules Volateranus in Theogonia ex Diodoro numerat: Vnum Aegyptum antiquus pro deo ab eisdem habitus: qui subacta magna orbis parte in Africa posuit columnas. Alterum Cretensem: qui Olympicum certamen instituit. Tertium Thebanum ex Alcumena: cui ex rerum gestarum nominifque similitudine Euristhei labores & colunne in Europa fixæ tribuuntur: tanquam tantum si fuiffet. Cicero in libro de natura deorum tertio sex ponit Hercules: set hunc Alcumenæ filium ex Ioue tertio progenitum fuisse memorat. Virgiliana quedam sunt de Herculis laboribus duodecim monoftricha: que his afcribimus.

Hercules tres.

Herculis labores.

Prima Cleonæ tolerata ærumna leonis.
 Proxima Lernæam ferro, face contudit hydram.
 Mox Erymanthem vis, tertia petulit aprum.
 Aeripedis quarto fudit aurea cornua cerui.
 Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.
 Threiciam sexto spoliavit Amazona baltheo
 Septima in Augeis stabulis impensa laboris.
 Octaua expulso numeratur adorea tauro.
 In diomedæis victoria nona quadrigis.
 Gerione extincto decimam dat Hiberia palmam.
 Verdecimum mala Hesperidum diftracta triumphum.

Virgilij locus.

Augei stabula.

Cerberus extremi fuprema est meta laboris. Hec ille. Nostro tamen Aufonio carmina hec multi adiudicant. In carmine feptimo esse mendum attedim. Vbi enim Argeis legebat mutata vna litera Augeis legendum esse putamus. emendabis ite vulgatores Diodori codices: vbi in libro quinto scriptum sic inuenio. Post hac in Herculis contempum precepit Euristheus vt aulae Augei nemie adiuuante purgaret. Augei non Augei reponas. De Augei stabulis apud Lucianum Erasmo doctore latine loquente in Alexandro ita scriptum est. Augei bubile si non omne: at certe pro mea virili repurgare nitatur. paucis aliquot elatis cophinis nimitum vt ex his coniectura facias: quantus quæ immensus fuerit simus vniuersus: quem ter mille boues multus

annis reddere potuerint. Erasmus tamen in adagiorum collectaneis Augie stabulum repurgare dicit. Quod est puerbium in rem maiorem in modum inquinatam: vel in rem eam quam nimis sit laboris. quæ ve quum multi sit laboris: industria famæ facile absoluit. Nam ut ait Cicero in Catone maiore. Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur: sed consilio autoritate & sententia. Rationem ex libro Diodori quinto collige. Quum autem leones duos Hercules (ut ait Lactatius) interfecerit: unum in Bœotie monte Theumefo: Alterum in Nemeo monte Arcadiæ: ambiguum est cuius tergote pro veste usus fuerit Hercules. Diodorus Nemeum leonem primum fuisse Herculis laborem: eius vestem dedisse scribit. Statij tamen aliter sententis verba huc apponimus: que sunt hæc ex libro Thebaidos primo.

Tergo videt huius inanem

Impexis utrinque iubis hortere leonem

Illius in speciem: quem per Theumesia tempe

Amphitryoniades fractum iuuenilibus armis

Ante Cleonæi velitur prælia monstris.

¶ Vespere. i. tempore. Clussa quater ternis suspendit opima trophæis hoc est suspendit opima spolia in trophæis duodecim: quæ iussus fuerat ab Euristheo exequi. Trophæum enim (quod Græci τροπαιον dicunt) est id quod in loco publico statuitur in victoriæ testimonium: a victis hostibus in fugam agitati appellatum. Nam τροπαιον retroverto. & τροπαιον quæso dicitur. ¶ Opima spolia ab Ope Saturni vxore dicuntur. Saturnus enim agrorum cultor est: falces in manu tenere effingit: quæ insigne est agricolæ. Ops itaque terra esse existimatur. Ergo opulenti dicuntur terrestribus rebus copiosi. Hostis opime præcipue pigues. Opima magna & ampla. Unde spolia quoque quæ dux populi Romani duci hostium detraxit: quorum tanta est raritas: ut intra annos paucos trina tantum non Romano contigerint. Vna quæ dux Romulus de Acrone Ceninensium rege. Altera: quæ Cossius Cornelius de Tolumnio Larte Veientium rege. Tertia: quæ M. Marcellus de Viridomaro rege Gallorum fixerunt. M. Varro ait opima spolia dici etiam si manipulari miles detraxerit: dum modo duci hostium detraxerit. In libri potius sicu memorie præditum est præ primis spolijs boue, præ secundis solitaurilibus, præ tertijs agno publice fieri debere. Opimorum spolijs: lex erat: ut præ primis spolijs Ioui ferretio boue, præ secundis marti solitaurilibus, præ tertijs Iano Quirino agno masculo sacra fieri oporteret. Hæc ex sexti Pompeij codice maiore adeo mutilato: ut ex multis pauca vix integra decerpere potuerim.

Et lyrici vates numero sunt Mnemosynarum:

Treis solas quondam tenuit quas dextera Phœbi,

Set Cytheron toties ternas ex ære sacrauit:

Religione patrū qui sex spreuisse timebant.

¶ Nouem poëtarum Lyrici apud Græcos fuisse: quot etiam musæ fuisse tradunt. Nouem fuisse lyricos poetas Quintilianus libro institutionum

Augie stabulum repurgare.

Prouerbium

Trophæum

Opima spolia.

Voluntium appellant. alij.

Lyrici poëtarum.

FRANCISCVS SYLVIVS

oratoriarū decimo testatur tum quoz dicit Pindarum lyricorū nouem fuisse facile principem. Quod idem Aufonius hoc disticho.

Lesbia pierijs Sappho soror addita musis:

ἐννεακτη λυρικῶν, ἀορίδων, Δέκατη. Eos autē noiatim appellat

Pindarus.
Poetę laus

Domitius Chalderin⁹. Pindarū, Alcęū, Sappho, Stesichorū, Anacreōtem, Bychum, Bacchilidem, Alcmęonem, Simonidē. Ex his Pindarus fuit Thebanus. Quū Thebas ferro igniq; depopularet Macedones: Pindari vni⁹ tectis ac familię ppter eius musas vt parceret Alexander iussit: vt Arrianus libro de gestis Alexandri primo & Plinius capite vice simo nono septimi libri meminertūt. Erat enim beatissima rerū verborumq; copia, & velut quodā eloquentę flumine supfluens. Qui quū in gymnasio sup gremium pueri quo vno delectabat capite posito quieti se dedisset: nō prius decessisse cognit⁹ est: q̄ gymnasiarcha claudere eum iā locū volēte nequicq; excitaret: vt ait Valer⁹ lib. ix. titu. de morte non

Alcęus.

vulgari. Alcęus Mithylene⁹ nęuo in articulo pueri quē amabat delectatus æolice scripsit. Qui in pte opis (vt in eodē decimo tradit Quintilianus) aureo plestro ideo donat: q̄ tyrānos inleſtaſ. fuit i eloquēdo breuis, magnificus, diligēs. Sappho Mithylenea poetica arte claruit mirā dū in modū eo tpe quo Pittacus, Alcę⁹, Antimenides claruerūt: quo tpe mulier ne minima qui dē ex pte illi pparāda fuit. Author est Strabo libro decimo tertio. Alia p multa in ei⁹ pmeditationē Chalderin⁹ in pmtarijs eplārū Ouidij tradit. Stesichorus (in cui⁹ infantis ore Philomela cecinit) bella scripsit dorice: ingenii cui⁹ valdū Quintilian⁹ celebrat. Hese nā carmine suo sugillauit: in eāq; acriter inueſt⁹ est: quo circa excecatus oculorū pdidit officiū. Quū x̄o cęcitatis suę causam edocē⁹ est: palinodia recantauit: hoc est quā vitupauerat laudant. Itaq; visus ei reddit⁹ est. Author est Isocrates in orōne de laudib⁹ Helenę. Anacreon Therius puerū Batyllū dilexit: qui acino vuę passę strāgulat⁹ est: vt tradit Plini⁹ capite septimo septimi libri. Bychus Rhęginus Dorice scripsit. Bacchilides Ceus Melonis fili⁹ fuit. Simonides sermone pprio ac iucūditate quadā cōmendari potest: p̄cipuetamē in cōmouenda miseratione eius virtus est: vt quidā in hac eū parte oibus eiusdē operis pferat. Author est Quintilianus. Vbi vero testem non citamus: ex Chalderino in commentario libri quinti siluarum Statij desumpsimus. Volaterranus in grammatica pferet hos nouem Corinnam nominat. Ibcum item non Bychum alium nominat. ¶ Numero sunt Mnemosynarū. i. musarū:

Sappho.

Stesichor⁹

Palinodiā
cantare
Prouerbiū

Anacreon.

Bychus.

Bacchilides.

Simonides.

des,

quę Mnemosynes filię sunt. i. memoria. μνημοσύνη enim memoria Gręcis dicitur. Triplex est apud Ciceronem musarum genealogia in libro de natura deorum tertio. Primę enim natę sunt quatuor ex Ioue secundo & Thesimone. Secundę nouem ex Ioue tertio & Mnemosyne Tertię ex eodem Ioue tertio & Antiopa nouem natę sunt: quas pietas pieriasq; poetę appellant: nominibus iisdem quibus & superiores dicunt. Alcmęon (vt ait Diodorus libro quinto) musas Celi & Terrę filias esse putauit. ¶ Tres solas quōdam tenuit & c. Musas fuisse numero nouem licet scriptorum pars melior asseueret: non tamen desunt vni doctissimi: q̄ tres tm esse crediderint. Nam M. Varro (qui auctore

Alcmęon.
Musę quot
sint.

Seruo in cōmētario buccolicon Virgilij eadē esse musas & nymphas
 putauit: quia motus aque musicam efficit: tres tantū numerat. Vnam
 quę ex aque nascit motu. Alteram quę aeris ictu sonos cōficit. Tertiam
 quę mera tantū voce cōsistit. Censorinus itidē capite sexto & vicesimo
 tres nominat. Organū (inquit) tres habuit intensiones grauē, mediam
 acutam. Inde musę quoq; tres olim sunt estimatę Hypate, Mese, Nete.
 ὕπατη. i. chorda tenoris inferior: μέση media: πύτη chorda soni acuti.
 Lilius Gregorius in Syntagmate ex Pausania tres itē numerat. Vnā
 μελέτην. i. meditationē. Alteram μνησθῆναι. i. memoriā. Tertiam
 ᾠδὴν. i. cantilenā. Vnde tamen suborta sit opinio eorum qui nouē esse
 putant, Diuus Augustinus memorię prodit. Cuius verba hæc sunt ex
 libro de Doctrina christiana secūdo. Non audiēdi sunt (inquit) errores
 gētilium supstitonum: qui nouem musas Iouis & Memorię filias esse
 fixerūt. Refellit Varro: quo nescio vtrum apud eos quisquā taliū rerū
 doctior vel curiosior eē possit. Dicit enim ciuitatē nescio quā (nec enim
 recolo nomen) locasse apud tres artifices terna simulachra musarū: quę
 in templo Apollinis dono poneret: vt quisq; artificum pulchriora for-
 masset: ab illo potissimū electa emeret. Itaq; contigisse vt opera sua illi
 artifices eque pulchra explicarent. Et placuisse ciuitati oēs nouem: atq;
 omnes emptas esse: vt in Apollinis templo dedicarent. Quibus postea
 dicit Hesiodum poetam inposuisse vocabula. Non ergo iupiter nouē
 musas genuit: sed fabri ter tres ternas fecerunt. Tres autē in pte illa
 ciuitas locauerat: nō quia in somnis eas viderat: aut tot se cui usquā illo-
 rū oculis demonstrauerant: sed quia facile erat aia duerere omnē sonum
 (qui materies cātilenarū est) triformem esse natura: ut enim edit voce:
 sicut est eorū qui faucib; sine instrumēto canunt: aut flatu sicut tubarū
 & tibiarū: aut pulsu sicut citharis, & tympanis, & quibusdā alijs: quę
 percutiēdo sonora sunt. Hęc ille. Quibus ex vbis illos in Cytherone ea
 nouem musarū simulachra collocauisse cōiectem: Ausoniumq; supsti-
 tione quadam eas esse positas aut mase. Vel ab alijs qui nouem fuisse
 audiuerāt: qui trium tantum simulachra in Cytherone posita esse vidē-
 tes sex alia posuerūt. ¶ Tenit quas dextera Phœbi. Marsilius sicinus
 de musis Apollinem in dextra parte comitatibus hisce verbis liquit in
 epistolis. Orpheus (inquit) delphicos aliquādo lucos ingressus oraculū
 cōsulturus obuium statim quasi iā expiatus Apollinē habuit. Quūq;
 nouem musas tresq; gratias comitātes cominus aspexisset: ad sinistra
 aut quāuis emin; sequentes picas & fūrias, admirabūd; exclamauit alti?
 O q; diuersi (inquit) ducem hunc sequitur exercitus. Set noli o vates
 mirari Phœbus ait. Nempe cottidie multi mihi sacrificant: q; musarū
 a me gratiarūq; munera impetrent. Ergo quicūq; sacra puris manib;
 musas a nobis gratiasq; gratis accipiunt. Quicūq; vero sacra manibus
 pollutis atrectare audēt: picas & fūrias inuerti reportant. Hęc ille. Mac-
 crobius libro Saturnalium primo tradit simulachra Apollinis manu
 dextra gratias gestare: arquū vero cū sagiptis sinistra: eo q; ad noxā sit
 pignoris: salutemq; dextra man; largiatur promptior. Quam eandem
 causam accipe: quæ in pte dextra musę sint collocatę. Pyrrhus Epiro:

Organi in
 intensiones.

Musę tres

Varronis
 laus.

Sonus tri-
 plex.

Musę in pte
 dextra
 Apollinis.

FRANCISCVS SYLVIVS

tarum rex is qui cum Romanis bellum gessit achatem habuisse dicit: in quo nouem musæ & Apollo citharam tenens spectaret: non arte: sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis: vt musis quoq; singulis sua redderetur insignia. Author est Plini⁹ capite pmo vltimo libri. Ideoq;

Musæ cum Hercule. appellatus est Apollo μουσαργγες ἥθος quasi musarū dux. Lilius Gregorius fradit Herculem quoq; μουσαργγες ἥθος ideo esse appellatū: q̄ cum musæ comitarētur. Nam musarū quies Herculis defensione: ac virtus Herculis musarū voce iuuāda est. Quæ est fortasse ratio quæ Herculi & musis aram cōmunem statuerit Euander: licet Plutarchus in Problematibus eam fuisse causam dicat: q̄ Euandrū literas docuit Hercules honorificum enim amicos & propinquos crudite putant antiquitas.

Cytheron. Cytheron saltus est in Bœotia apud Thebas poetarū fabulis carminibusq; celeberrimus: vt authores sunt Solinus capite decimo quarto: & Pomponius Mela libro secūdo. Ant. Mancinellus in cōmētario libri Georgicon tertij ex Probo authore tradit: in Cytherone arcana liberi patris sacra tertio quoq; anno celebrari: quæ trietetica dicuntur. Existima-

Hedera poetæ quorū coronātur. tur autem Liber esse cū musis: deoq; ex Hedera eius frōde poetæ coronari. Treis igitur deos musæ comitatur Apollinem, Herculem, Liberū patrem. Illud autē scrupulum fortasse inijcit: qd̄ est q̄ musas a fontib; aut mōtibus Bœotiæ appellatēt poetæ: quum Bœotios crassum habentes aerem crassum quoq; corpus habere Cicero i libro de fato dicat: quā obrem crassum etiam habēt ingenium. Vnde prouerbia illa Bœotica sus, Bœoticū ingeniū Erasim⁹ infleuit i stolidos hoies, bardos, brutos indoctos: quales Thebani fuisse perhibentur. Ratio igitur est, vel quia

Bœotica sus. Bœoticū ingeniū. fons Aganippe qui est in Bœotia potantibus faciūdiā ingenerare putatur: vt Solinus meminit. Quēadmodum fons est prope vicum Genitracū: aqua cuius epota ingeniū reddi claus vulgo persuasum est: iccirco fontem clemicorum vulg⁹ ipsum appellat: quem Pegascholam id est solati; & ocij fontē appellare possis. Vel quia Cadmus literas (quarū musæ sunt p̄sides) in Bœotiā primus attulisse traditur. Vel quia Linus Thebanum eas inuenisse putāt. Author est Cor. Tacitus libro vndecimo. ¶ Religione. .i. superstitione: quum tamen aliud sit religio aliud superstitio. Cicero libro de Deorum natura primo. Horum sententiæ omnium non modo superstitionē tollunt: in qua inest timor inanīs deorum: set etiam religionem: quæ deorum cultu pio continetur. Vnde dicta sit religio: anceps est questio: inq; treis partes a viuis prudentibus arbitrata. Cicero a relegendo dictam esse vult. Cuius verba quæ item inter religionem atq; superstitionem differentiam ponunt ex libro eodem cuius dixeraz huc ascribo. Non (inquit) philosophi solum verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerūt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant: vt sui sibi liberi suplitēs essent superstitiosi sunt appellati: qd̄ nomen patris posse latius: Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent: diligenter retractarent: & tanq̄ relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo: vt eligentes ab eligendo: & tanq̄ a deligendo deligentes: ex intelligendo intelligentes. Diuus tamen Augustinus capite quarto libri decimi de Ciuitate dei a religēdo

Religio vnde dedicatur.

Suplitio: sus.

quasi religendo religionem dici putat: quum enim deum negligentes amiseram? diligendo religim? Latinius capite vicefimo octauo libri quarti a religando religionem dici autumat: eo q̄ pietatis vinculo obstricti deo sumus: & quasi religati. Tertia superest opinio: que est A. Geisij capite nono libri quarti & Macrobij libro Saturnalium tertio: qui putant religionem dici: que propter sanctitatem aliquam remota sit ac seposita a nobis quasi a relinquendo dicta sit: vt a carendo cermominæ: vt religiosa templa que vulgo dicunt deuotiosa: sed religiosus dies est que propter omnis diuitatem relinquimus. ¶ Quis sex spreuisse timebant. Codices alij etiam vetusti perijisse habent: q̄ non est abijciendum.

Trina terentino celebrata trinoctia Ludo.
 Qualia bis genito Thebis trieterica Baccho.
 Tres primas Thracū pugnas. tribus ordine sellis
 Iunia dæ patri inferias misere sepulto.

¶ Trina terentino &c. i. Terentini ludi tribus noctibus celebrabatur: vti trieterica tribus diebus. Terentini ludi quo fuerint modo primitus instituti non eadem est omnium opinio. Politianus capite quinquagesimo octauo Miscellaneorū in hac desecit sententiam. Quum (inquit) bellum inter se Romani Albaniq; gererent: inq; procinctu staret vtraq; acies: aluit repete quidam monstrosa specie pelle amictus futua vociferans: iube: re Ditem patre deamq; Proserpinam fieri sacrum sibi prius: q̄ prelium committeretur. Quo viso perterenti Romani protinus aram sub terra edificant: sacrificio statim facto pedum viginti aggere cōtezunt: vti oibus nisi Romanis ipsis esset ignobilis. Censorinus capite sexto ex M. Varone scribit. Quum multa (inquit) portenta fierent: murusq; ac turris que sunt inter portam Collinam & Exquilinam: de celo facta essent: ideo libros Sybillinos quindecim uiri consulunt: renunciantq;: vti Diti patri ac Proserpine ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus: & futua hostia immolarentur: vtiq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Ea est ara quam Valerius Sabinus inuenit: ibiq; continuus tribus noctibus sacra ludosq; & lectiſterna fecit: quia tres sui liberi adusq; medicorum desperationem peste laborantes ibi curati fuerant: vt scribit copiose Valerius libro secundo titulo de Institutis antiquis: a quo putat ludos Terentinos fuisse institutos. Super ea re igitur triplex est scriptorum sententia. ¶ Tarentum locum illum in campo Martio vbi ara in fossa erat appellare videtur Valerius: set Tarentum scriptum inuenio apud Beroaldum in annotationibus, apud Censorinum capite sexto, apud Sextum Pompeium: cuius verba sunt. Terētus (inquit) locus in campo Martio dictus: q̄ eo loco ara ditis patris in terra occultaretur. A terra igitur dictus est Terentus. Teram autem a terendo dictam vno r in libris Augurum scribi authore est M. Varro libro de lingua latina primo.

Terentini ludi.

Terentus.

Tera.

FRANCISCVS SYLVIVS

Ludi Terentini ijdē sūt qui & seculares: quos cētesimo quoq; anno fieri M. Varro scribit. Censorinus tamen ex quindecimviroſū cōmentarijs & ex editō Augusti centesimo quoq; decimo repeti author est: adeo vt Oratius Flaccus in carmine quod de secularibus ludis cātatum est hoc modo designauerit.

Certus vndenos decies per annos

Orbis: vt cantus referatq; ludos

Ter die claro totiesq; grata

Noctē frequētes, Diuus Augustinus capite duodeuicesimo libri tertij

**Seculares
ludi.**

alios esse ludos seculares & alios terentinos. Dicit autē sunt seculares: q; plarūq; semel fiant hominis aetate: vt multa alia q; raro sunt: post

Tauri ludi

seculum euenire vsurpat loquētium p̄suetudo: De seculo ludisq; secula-
ribus legere possis amplius apud Censorinū Capitibus sexto & decimo

quarto. Infens item Ludi Tauri celebrātur: vt id obiter dicam⁹. Tar-
quinio em̄ sup. r̄bo regnāte magna in grauidas mulieres incidit pesti-
lencia: quā ex carne a populo Taurorū du vendita creata est. In deorū

**Terētini lu-
di quomodo
celebrē-
tur.**

igitur inferorū honorē ludi qui ob id Tauri appellarent instituti sunt.
Author est Sext. Pompeius. ¶ Trinoc̄tra autem potius q̄ tridua appel-
lant: licet diebus tribus vt noctibus celebrata sint: qm̄ dijs infens (quo-
rum nox est) hi ludi instituti sunt. Ludos autē celebrādi qui mos fuent

Politian⁹ Miscellaneis memoriā pdit. Vbi (inquit) iam aduenit dies
festus triduum trinoc̄trūq; sacris infenti in ripa sp̄a maxime Tyberis

agitabant. Sacrificia vero Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianę, præ-
tereaq; parcis, & quas vocant Ithyias, tum Cererē, & Diti & Prosperp̄

ne suscipiuntur. Secūde primę noctis hora princeps ip̄e & quindecimviri
tribus ans ad ripā fluminis extractis totidē agnos immolāt. Ans autē

sanguine imbutis cēsa victimarū corpora cremant. Cōstructa vero sce-
na in theatri morē lumina & ignes accendūt. Hymnos ad hunc vsū

pręcipue cōpositos cōcununt. Hęc celebrātes tribus his donātur tritico
faba, hordeo. Mane vero ascendūt capitoliū: sacraq; ibi demore faciūt:

tum in theatrū cōueniunt ad ludos in honorē Apollinis & Dianę faciē-
dos. Altero die nobiles matrone qua hora pręcipi aboraculo in capito-
lum pueniunt: deo supplicant: lesti sterma frequētant: hymnos ex ritu

canunt. Tertio die in templo Apollinis Palatini ter noueni pueri præ-
textati totidemq; virgines patrum oēs matrumq; Gręca Romanaq;

voce carmina & Prænas cōcununt quib⁹ imperium incolumitatemq;
Romani populi, dijs immortalib⁹ cōmendāt. Tribus his diebus atq;

noctibus in theatris oibus ludi celebrant⁹: oibus in temphs sacra fiunt.
Hęc ex Polittiano. Plura si desideras desiderio satisfacēt tuo Herodia-
nus libro tertio. Polittianus & Mancinellus in p̄mentarijs his: quos in

Oratum de seculari carmine scripsit. ¶ Qualia bis genito &c. Dionys-
sios tres Bacchi nomine Diodorus libro quinto, itē Volaterranus in

Theogonia numerāt. Vnum ex Ioue & Io in Bœotia natū vitis & Ziti
inuentorem: qui in diam triennio subiugauit. Inde in Bœotiam rediēs

oim̄ primus elephante indico trūpha ut. Ex quo Bœotij ceteri quoq;
Gręci ac Thraces in eius trūpha memouā sacra ei tritienca instituerē:

**Bacchi
tres.**

Tritienca.

Vnde in multis terrę Gręcię vrbibus Bacchides mulieres triennio cōue-
niunt: hymnosq; & cantus furētum more in eius honorē cōcelebrant.
M. tamen Cicero in libro de natura deorum tertio scribit Dionysium
quintū ex Nyso & Thione natum trieterides cōstituisse. Alterū multo
ante sēpore ex Ioue & Proserpina natū: qui boues prim⁹ iunxit aratro:
quicq; serēdi vsū docuit. Tertū ex Ioue & Semele puerū molli corpore
ac delicato: editū impfectum, exq; paterno crure absolutus. Multi ergo
similis errore noīs vnum tantum extitisse putauerūt. ¶ Bis genito &c.
Nota est fabula. Quū scilicet Hermiones monile collo aptasset suo Se-
mele: qua cū Iupiter cubare solebat: Iuno facta antū simihis ei consulit:
vt ab Ioue petat. vti talis cubet secum: qualis cū Iunone cubare solebat.
Semele igitur fulminata Bacchus qui maternos mēses nōdum imple-
uerat: eos in Iouis femore compleuit. Ideoq; dimeter appellatus est: vt
Eusebius capite secūdo secūdi libri de euāgelica preparatione meminit:
quoniam ex patre vno duobusq; matrib⁹ procreatus fuisse videt. Diodo-
rus libro quinto tradit Bacchum ex fulminata matre abortum ab Ioue
Mercurio eē traditū quē ad antrū Nyse deferret: qd̄ ē inter Nilū & Phœ-
niciam: a nymphisq; omni cura ac studio educatū. Vnde ab Ioue (qui
Dios. i. deus dicit) & Nyssa Dionysium dixerūt. Apud Philostrātū libro
secūdo de vita Apollonij Tyanei Mons Nyse p̄ximus $\mu\pi\pi\omicron\delta$. i. coxa vel
femur appellat: ideo fabulādi relicta est poetis licentia: vt Bacchum in
Iouis femore maternos mēses cōplessē mētirent. ¶ Trieterica. i. tertio
quoq; anno celebrata. $\tau\rho\iota\epsilon\tau\epsilon\rho\iota\kappa\omicron\delta$ enim triennialis dicit. In monte Cy-
therone ea celebrari sacra dicebamus. Quę eadē Nyctelia appellātur ga
nocte fiebāt: vt ait Seruius in commentario libri Aeneidos quarti & $\pi\omicron$
 $\tau\eta\delta$ $\mu\eta\kappa\tau\omicron\delta$. i. a nocte. Quoniam de Baccho eiusq; sacris pleriq; oēs
aliquid scribunt: ideo scribendi de eis finem facimus. Ea enim tantum
quę viderent obscuriora suscepim⁹ interpretanda. ¶ Tres p̄mas Thracū
pugnas &c. D. Iunius Brutus gladiatorum munus in honorem de-
functi patris edidit prim⁹: vt L. Florus libro decimosexto epitomatū
T. Liuij meminit. Inde propagatum esse morem vt in defunctorum
honorem munus ipsum exhiberet: memorie dat Beroaldus in cōmen-
tarijs Suetonij in vita Tyberij Caesaris. Valenus itē Maximus libro
secūdo titulo de institutis antiquis. Gladiatorum (inquit) munus p̄i-
mū Romę datum est in boario Appio Claudio & Q. Fulvio consulib⁹.
Dederūt M. & D. filij Bruti funebri memoria patris cineres honorā-
do. Hoc munus gladiatorium in foro dari a maioribus cōsuetudo tra-
dita est: vt capite p̄mo quinti libri author est Vitruuius. Ideo T. Liui⁹
libro tertio tertie decadis author est M. Aemilio Lepido filios tres Lu-
cium, Marcum, & Quintū ludos funebres per triduum: & gladiatorū
paria duo & viginti per triduum in foro dedisse. Iuniadæ ergo. i. Iunij
Bruti filij aut tria gladiatorum paria in patris honorem dederunt: aut
gladiatorij ludi triduum celebrauerūt: aut tria ludorum genera obtu-
serunt: hoc est hastiludiū: digladiationem quę gladijs p̄prie fit: & myr-
millonis ac Thracis certamen. Gladiatorū enim quosdam peculiari vo-
cabulo ab armatura Thracū Thraces appellant. Horatius in epistola

Dionysij

Bacchus
dimeter.

Trieterica.

Nyctelia.

Thracum
pugna.

Thrace

Myrmillo

ad Lollium. Ad imum Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballum Thrax (inquit Acron) id est gladiator. Nā myrmillo secutor dicitur. Sen- sus: aut gladiator in ludū se proferet: sicut sunt Thraces: aut erit merce nari⁹ olitoris. Item Porphirio Thrax erit. i. auctorabitur se in ludū: vt gladiator sit. Thracem gladiatoris nomen fuisse proprium Landinus putans hallucinatur. Aufonius in monosyllabis. Quis myrmilloni cō tenditur aequanimis? Thrax. Cicero Philippicarum sexta. O impudē- tiam incredibile. Tantū ne sibi sumpsit: q̄a myrmillo Thracem iugula uit familiarē suum. Myrmillonē appellatum fuisse secutorem: & Thra- cem retiarū Io. Baptista Pius capite octogesimo octauo Adnotatio- nū prodiit. Myrmillo autēz ideo appellatur: quia myrmillonici genus erat armaturę Gallicę. Quae etiam re Myrmillo Gallus appellabatur. Ideo retiarius cum myrmillone pugnans dicebat. Non te peto: piscem peto. Quid me fugis Galle? Nam in myrmillonū galeis piscis erat effi- gies: quem nō myrmillonē capere se velle dicebat retiarius. Qua igitur ratione myrmillo appellatus est Gallus: eadē & retiarius Thrax. Hoc genus certaminis putant a Pittaco Mythilenco e septē sapiētibus vno primitus inuentum fuisse. Quum enim Mithylenei cum Atheniensibus de agri Achillitidis possessione decernerent: Pittacus cū Phrynone Atheniensium duce singulari certamine pugnās refe (quod sub Clypeo tegebatur) Phrynonem ita implicuit: vt explicare se non quiverit. Quo perempto agri possessio seruata est. Vnde fortasse Thrax appellatus est retiarius. Nā Hyrradius Pittaci pater Thrax erat: vt author est Dio- genes Laertius libro p̄mo: cuius amicus vsum fuisse filiū nō discōuenit. ¶ Primas pugnas, id est a Iuniadis in honorem defuncti patris p̄mo editas. ¶ Iuniadę: non intelligas de filijs Bruti eius qui Tarquinos in- urbē recipiendos non censuit. Cui duos tantum fuisse filios licet multi cum Ti. Liuiο sentiant: Plutarchus tamen in vita M. Bruti eius qui vnus ex Cæsaris fuit interfectoribus ex Possidomij philosophi senten- tia tradit ei tres fuisse filios: duos securi percussos: tertium vero tum infantem fuisse: a quo Bruti alij genus capiunt. Fuerunt igitur Iu- niadę circiter ea tempora: quibus re Romanis Pyrrhus pugnauit. ¶ Inferiæ (vt author est Seruius in commentario libri decimi) sunt sacra mortuorum: quae inferis soluuntur. Sane (inquit) mos erat in sepulchris virorum fortium captiuos necari. Quod postq̄ crudele ni- miū visum est: placuit gladiatores ante sepulchra dimicare: qui a bu- stis Bustuarj dicti sunt. Inferias tribus fieri Volaterranus in Philolo- gia prodiit: sacrificando Diti: spargendo flores tumulo: tertio ludos & epulum dando. Ludos autem qui in mortuorum honorem celebra- tur nouendiales etiam appellari scribit Seruius in commentario libri Aeneidos quinti. Nam apud maiores vbicunq̄ quis extinctus fuisset: ad domum suam referebatur: illicq̄ septem dieb⁹ referebatur: octauo die incēdebatur: nono sepeliebatur. Nouendiales ferias a numero die- rum appellatas esse festus Pompeius ait. Patrio sepulchro legunt alij patri sepulto. Sepultus (vt ait Plinius) capite quadragesimo quarto li- bri septimi dicitur quoquo modo conditus Humatus vero humo cō-

Inferiæ.

Nouēdia-
les.

Sepultus.

IN GRIPHON AVSONII. Fo. XXXIII.

testus. Sepelitur dixerūt antiquissimi. Cato in Themum. Mortuus Sepelitus a
 est: sepelitus est. Author est Priscianus libro decimo. Dicimus obiter ne Persij lo-
 loci illius Persiani satyra secūda. Si ebullit patruj præclarū funus enar cus.
 rationem nescias: dicimus inquā eam fuisse apud veteres consuetudinē: Pecunia in
 nem: vt pecuniæ vna cum cadauere inhumarentur: vt in sarcophagis sepulchris.
 vetustissimis apud nostrates & pecuniam & arma cum ossibus inuēta
 vidimus. Albani quoq; diuitias omneis cum parentibus sepeliebant:
 ne diuitij post parentum mortem reliq; mortuorum memoriam tri-
 stitiamq; afferrent. Quocirca pauperissimi viuebant Albani: vtpote pa-
 trimonio nullo ditati. Author est Strabo libro vndecimo. Herodotus
 quoq; libro primo tradit scriptum fuisse in Semiramidi dis sepulchro ad
 hanc sententiam. Si quis Babyloniū rex pecunię indigēs maxime
 sepulchrum hoc aperiat thesaurum ingentem in eo inueniet. Darius
 Babylonicoregno potitus thesaurum ibi esse occultum arbitratus se-
 pulchro eam ob rem aperto scripturam hanc inuenit aliam. Nisi aua-
 rus tu fuisses: mortuorum sepulchra non violasses. Apud Egesippum
 libro primo excidij Hierosolymitani proditum est. Quum Antiochus
 Hierosolymam Hircanumq; obsideret: reſerato Dauid sepulchro, tria
 auri talentorum milia Hircanus eruit: ex quibus trecenta Antiocho
 vt obsidionem relinquereſ annumeraret. Quid igitur dicat ibi Persius
 puto non ambigis.

Ille etiam thalamos per trina enigmata querens

Qui bipes: & quadrupes foret: & tripes oia solus.

Terruit Aoniā volucris: leo: virgo triformis

Sphinx volucris pennis: pedibus fera: fronte puella.

Trina in Tarpeio fulget consortia templo.

Humana efficiunt habitacula ter genus artes:

Parietibus qui faxa locant: qui culmine tigna:

Et qui supremo fucat tectoria cultu.

Cillectiam. Est etiā in temario Oedipus Iocastē nuptias p ænigmatiſ
 triplicis solutionē querens. Hoc aut ænigma erat. Quis solus esset ista
 tria bipes tripes' quadrupes. Id quod interpretamur secūdum codicem
 Tacuini vbi ille scribitur: quę lectio placet magis q̄ si illa (vt est in codi-
 cibus alijs) legat. Terruit Aoniam. Sphinx quę hoc ænigma pponēdo
 terruit Bæotiā erat triformis volucris, leo, virgo. Iocasta Creontis filia Iocosta.
 ex marito suo Laio Thebanorum rege cōcepisse se sentiēs lætitiā gau-
 det. De nascitura prole Laus Apollinem consulit. respondet Apollo
 Laium filij manu periturum ipsumq; filium domum totam funesta
 turum. Qui igitur ex Iocasta natus est filius: eum seris exponi Laius
 imperat. Phorbas regius pastor pueri (quem susceperat exponendum) Oedipus.

fortunam miseratus eum traiecit gladio pedibus in arbore suspendit.
 Externus quidam pastor illac forte transiens puerū ex arbore penden-
 tem conspicit? vincula scindit: puerumq; pedibus tumentem (vnde ei
 factum est postea nomen Oedipo) acceptum ex Corinthijs alicui dono
 dat. Corinthius Merope Polybi Corinthiorum regis vxori liberis de-
 siderati offert: nō illiberaliter puerum pro filio regina suscipit educat re-
 galiter & ornat. Qui iuueniles annos postea ingressus se quondam ex-
 positum fuisse certior factus inueniendi patris cupiditate accenditur.
 Polybo relicto vt Apollinem cōsulat Pythiam, p̄ficiscitur. Quo eodem
 tempore Apollinem Laius de exposito infante consulturus Oedipo sit
 obuius: quē e via desistere Laius mandat superbus. Irritatus Oedi-
 pus Laium (quem esse patrem ignorabat) occidit. Eodem fere tempore
 sphinx belua Thebas aduenit: ænigma proponit: quod non queunt
 soluere occidit: ob rem ambiguam intereunt multi. Quid facturi sint
 Thebani: quo ve modo pestem hanc propugnantur: animi pendent. In
 eam tandem concedunt sententiam: vt ænigma soluendi locastē con-
 nubium atq; Thebeorum regnum detur præmiū. Oedipus ex multis
 vnus ænigma dissoluit. Est autem ænigma huiusmodi. Quod animal
 bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Hominē id animal esse respōdet
 Oedip⁹: qui infans quatuor it pedib⁹: auctus ætate duob⁹: iā senior tri-
 bus. Baculo em̄ quasi pede tertio sustentat: & decrepit⁹ reptās manibus
 & pedibus: quatuor: q̄a man⁹ illi pro pedibus & crura p̄brachijs sunt.
 Sphinx aut̄ suo victa iudicio se ipsa præcipitat. Locastam ignotā matrē
 filius Oedipus vxorem habet: ex qua filios quatuor suscipit. Etheoelē
 Polymē, Antigonom, Ismenam. Hęc partim ex Diodori libro quinto
 partim ex Boccatij libro primo de casibus virorum illustrium. Sphinx
 ex Chingra & Typhone nata est: vt Hesiod⁹ in Theogonia meminit.
 Quæ auctore Lactantio in cōmentario libri primi Theb. statij dicitur
 ἀνὸ τοῦ ὀφρύ γεῖν qd̄ est stringere: eo q̄ ænigmatibus suis hominum
 mentes præstringat. Baptista Pius in cōmentarijs in Pœnuliū Plauti
 de sphingos perniciē q̄ dicebamus aliter ad hanc scribit sententiam.
 Sphinx (inquit) viatores depræhēsos vt eius pedes abluerint iubebat.
 In quo officio attonitos, pedibusq; inhæretes e p̄cella rupe deturbabat.
 De sphinge illud sicco (vt aiunt) pede nō putabamus prætereū dum: qd̄
 Ceber Thebanus in tabula enarrat. Quicūq; (inqt) sphingos ænigma
 intellexerat salutem: qui non intellexerat: exitium inueniebat. Sphinx
 enim ipsa est hoībus insipientia: quē illa tria proponit hominibus quid
 bonum, quid malum, quid neq; bonum neq; malum sit in vita. Quæ
 si quis min⁹ intellexerit: ab ea interimitur neq; id semel: sicut is qui de-
 passus a Sphingemoriebatur: sēt per vitam oēm sensum absumit: quē
 admodū ij qui perpetuis additi sunt supplicijs. Contra si quis intel-
 xerit: occisa demum insipientia salutem ipse cōsequitur: beatusq; quod
 vitæ reliquum est feliciter exigit. Sphinx præter hęc fuit Cadmū vxor: quæ
 a marito discessit p̄pterea: q̄ Hermionē Martis & Veneris filiā in amo-
 re sibi præponi videbat: vt auctore Palephato Eusebius in annalibus
 scriptū reliquit. Est insuper sphinx animal fusco pilo, mānus in pectō-

Sphinx.

Sphinx ho-
mines de-
vorabat.

re geminis: vt tradit Plini⁹ capite vno & vicesimo libri octauo. ¶ Trina in Tarpeio &c. Tres deos Iouē Iunonem Mineruam in tēpore eodem Romanos coluisse Laetantius capite vndecimo libri de falsa religione primi author est. Qui a Seruio in cōmētario libri Aeneidos tertij Magni dei appellanf. Macrobius libro tertio Saturnaliū tradit eosdem esse penates q magni dij appellant. Dictos autē esse penates ppter hęc tria quia sunt p quos penitus spiramus: per quos habem⁹ corpus: per quos animi rationē possidem⁹. Esse autē mediū q̄thera Iouē: Iunonē vero imū aera cū terra: Mineruā summū acris cacumen. Argumentū eius rei est: q̄ Tarquinius Priscus Demarati Corinthij filius Samothracijs religionib⁹ imbut⁹ mystice, vno tpe, ac sub eodem tēcto memorata numina coniunxit. ¶ Tarpeio. i. capitolino. Virgilius in octauo Aeneidos. In summo custos Tarpeia⁹ Manlius arcis

Penates.
Magni dij

Strabat p templo: & capitolia celsa tenebat. Nam vt ait M. Cato (q̄d ex eius fragmētis didicimus) Capitolium dictū est a capite inuētō fluēte sanguine: dum Iouini templi fundamēta iaceret Princeps Tarquini⁹. Nam antea Tarpeius a Tarpeia ibi scutis Sabinorū obruta: sed prius Saturnus vocabat. Fuit autē Tarpeia Sp. Tarpeij qui custodiēde arci prærat filia. Quam auro Tatius Sabinorū dux corrupit: vt in arcem amatos reciperet. Aquā sacris faciundis ea forte extra moenia quesitū iuerat: quā recepti Sabini obruta scutis neauerunt. Seu vt vi capta potius arx videre⁹: seu prodendi exempli causa: ne quid vsq̄ fidum pditori esset. Hęc T. Lini⁹ libro pmo primę decadis: vbi alia permulta scribit. Tribus ergo nominib⁹ appellatum est Capitolium: primo Saturnus deinde Tarpeius: postremo Capitolium. Capitolij tria fuisse incendia historiarū monimēta testiculatur. Vnum Scipione & Norbano cōsulibus: quum erant Mariana bella ciuilia. Alterū Vitelliano bello. Tertium cū Vespasiani intentu. ¶ Humana efficiunt &c. Triplex est artificū domus pstruentum genus & officium. Sunt enim Latomi: qui parietes lapideos pstruūt: sunt fabri lignarij q̄ domos lignis tabulisq̄ coopūt: Sunt deniq̄ qui panetes asperos calce aut gypso incrustant poliantq̄. Vnde calcatę domus sunt calce cōtectę: & incrustatio ip̄a est qua tegitur asperitas: q̄d item tectorū dicimus. ¶ Ter genus dictū est ea forma qua dicim⁹ hoc genus, id genus, q̄d genus: pro huius, eius, cuius generis.

Tarpeiu &
Capitoliu.

Proditorę
precium.

Capitolij
incendia.

Hinc bromiū quadratal: & hic Sicana medimna
Hoc trib⁹: hoc gemis trib⁹ explicat vsus agēdi.
In Phycis tria prima de⁹: mūdus: data forma.

Ter gen⁹ omnigenū genitor: genitrix: gñatum.

¶ Quadrantal modios tres continet. Medimnam modij sex replent.
Quadratal dici latine: quē κῆρ/2 ov græci dicūt, author est A. Gellius capite vicesimo libri primi. De cubo ampliter satis meminimus. Sextus insuper Pōpeius pro mensura quadrata octo & qua draginta sextarios capiente vsurpat. Cuius his v̄ba ppono. Quadrantal (inquit) vocabat

Quadrant.
tal.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Amphora** antiqui quæ ex Græco αμφορεύ dicunt: quæ vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios. Plautus in Curculione. Anus hæc quantillum sitit: modica est: capit quadrantalem. Cato contra Appium. Vini redemisti prædia: pro vini quadrantibus sexaginta ampullam dedisti: vinum non dedisti. Hæc ille. Quater duodecim octo & quadraginta reddunt: quater tribus duodenarius constat numerus. Amphoram nihil aliud esse nisi quadrantalem ex eo legi potest opusculo de ponderibus inscripto: quæ Prisciano (turene an iniuria nescio) tribuitur. Pes enim mensura triplici alto longo & lato sedecim digitis constat. Pedes quatuor alti lati & longi amphoram faciunt. Amphora tribus sit modijs. Modium sedecim sextarij implent. Cuius verba hæc sunt.
- Pes.** Pes longo spatio atque alto latoque notetur:
 Angulus ut par sit: quem claudit linea triplex.
 Quattuor ex quadris medium cingatur inane:
- Amphora** Amphora sit cubus: quam ne violare ficeret:
 Sacra uere ioui Tarpeio in monte Quirites.
 Huius dimidium fert vna: ut & ipsa medimni
 Amphora: tetraque capit modium: sextarius istum
 Sexdecies haunt: quot soluitur in digitos pes.
- Bromius.** Bromij. i. vini. Bromius enim dictus est Bacchus a tonitruo quæ in eorum ortu contigit: ut libro quarto meminit Diodorus. Βρομιος enim crepitus ignis, strepitus, sonitus dicitur. Et hinc Sicana &c. Medimnus, vel medimna, vel medimnum (hoc enim triplici genere inclinatur) mensura est aridorum ut tritici & ordei: quæ sex modios continet. Ut auctor est Budæus noster in quinto librorum de assæ & partibus eius: quos conquirit multum scribendo veritatis fidem cõmentus est. Quadrantal humidorum esse tantum multi autumant: ideo Bromium pro humido quouis posuit Ausonius. Attamen quadrantalem pro friticaria mensura Budæus idem usurpat: medimnarum vero duo genera ponit. Alteram Romanam quæ sex sit modiorum: alteram Sicancam quæ modios quinque contineat: quæ tamen esse modiorum sex hic putat Ausonius. Tertium genus addimus ex Cornelio Nepote in vita Pomponij Attici. Atticus enim medimnus (ut ait) septem modios complet. Quæ sit quadrantal, Amphoræ & medimni mensura idem noster Budæus asseuerat se periculum fecisse. Quadrantal quadrantem Parisiorum æquato æquale putat. Amphoram vero: ut quadrantem fastigiatum non æquatam. Medimnus est: quæ minam dicitur Parisini. Triticarius ille Parisiorum sextarius in medimna duo & quatuor amphoras diuiditur: indeque in duodecim modios: quos appellat bossellos. In physicis. Ad rerum omnium generationem tria cõueniunt necessaria: diuina virtus, nature principia, & res ipsa quæ generatur. Nature quot sint principia, inter ætatis præcæ philosophos non parua versata est questionis ambiguitas. Aristoteles enim libro de generatione & corruptione secundo nouem scribit varias opiniones. Vna est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Altera est ponentium illud esse aerem. Tertia aquam. Quarta ignis acrisque medium: hic vnum tantum ponebat principium. Quinta est
- Amphora** Amphoram vero: ut quadrantem fastigiatum non æquatam. Medimnus est: quæ minam dicitur Parisini. Triticarius ille Parisiorum sextarius in medimna duo & quatuor amphoras diuiditur: indeque in duodecim modios: quos appellat bossellos. In physicis. Ad rerum omnium generationem tria cõueniunt necessaria: diuina virtus, nature principia, & res ipsa quæ generatur. Nature quot sint principia, inter ætatis præcæ philosophos non parua versata est questionis ambiguitas. Aristoteles enim libro de generatione & corruptione secundo nouem scribit varias opiniones. Vna est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Altera est ponentium illud esse aerem. Tertia aquam. Quarta ignis acrisque medium: hic vnum tantum ponebat principium. Quinta est
- Nature principia.** Nature quot sint principia, inter ætatis præcæ philosophos non parua versata est questionis ambiguitas. Aristoteles enim libro de generatione & corruptione secundo nouem scribit varias opiniones. Vna est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Altera est ponentium illud esse aerem. Tertia aquam. Quarta ignis acrisque medium: hic vnum tantum ponebat principium. Quinta est

ponentium duo: vt ignem & terram. Sexta ponentium tria ignem, terramq;, & aquam. Septima istidem tria ignem terram & aerem. Octava est Empedoclis quatuor esse putantis ignem, aerem, aquam, terram. Nona est Platonis huc quatuor elementis ab Empedocle nominatis materiam primam adiungentis: quã pandixẽ dicũt. Rerum item omnium generationẽ itemq; & corruptionem (vnius enim generatio corruptio est alterius) tribus cõstare principijs: hoc est duobus contrarijs, vnoq; tertio quod cõtrariorum vtriusq; vicissim subiectum sit, Aristoteles libro Physicorum primo tradit. Idem alibi tria esse principia scribit entelechiam. i. continuatam quãdam & perennem motionem, materiam, ideã. **Principia** Est autem deus mens mundi: materia vero quod primum generationi subiacet atq; corruptioni. Ideã autem substantia est sine corpore in diuinis sensis animi visisq; dei. Cui coherentẽ subscribit Martianus Capella libro septimo. Tribus (inquit) diuinitio memoratur. Idem mundana perfectio est. Nam monadem fabricatori Deo: Dyadem matriã procreanti: triadem idãalibus formis consequenter aptamus.

Ter genus omnigenum &c. Animalia ea quã sexum habent: maris & fœminę coniunctione nasci tradit Aristoteles capite primo primi libri de generatione animalium: & capite secundo libri eiusdem marem dicit: quod in alio gignit: fœminam: quod ex se ipso: vnde fit tertium: id quod generatur. Quam obrem in vniuerso quoq; naturam terrę quasi fœminam matremq; statuunt. Cælum autem & solem eiusq; generis alia patris nomine appellant. Eorum quã pariant triplex est genus. Aut enim perfectum animal gignunt: vt homo equus, aliaq; que pilis teguntur: inter aquatilia vituli, delphin, balenę, aliaq; cetarij generis. Aut ouum: vt aues, & serpentes. Aut vermes: vt insecta prope omnia. Rursus animalia aut gradiuntur, aut volant, aut natant. Volucrum alia penna volant: vt aquila: alie membrana sicca vt apes & scarabei: alie cute vt vulpecula & vespertilio. Authore est Aristoteles capite quinto libri primi de natura animalium. Piscum tria genera Plinius capite vicesimo octauo noni libri numerat: quẽdam mollia appellat: vt loligo & sepia: quẽdam crustis tenuibus & squamis contenta sunt: quẽdam testis duris conteguntur. **Terra m̃. Cælum patet. Vulpecula**

Per trinas species trigonorum linea currit:

Aequilatus: vel crure pari: vel in omnib; impar.

Tres coit in partes numerus perfectus: vt idem

Cum grege ter trino per ter tria dissoluatur.

Tres primus par impar habet: mediũq; set ipse

Qui medijs:quinq; & septē quoq; diuidit vnus:
 Et numero in toto positus sub acumine centri
 Distinguit solidos cubo pereunte trientes.
 Aequipares dirimens parteis ex impare terno.
 Et paribus triplex mediū:quum quattuor & sex
 Bisq; quaternorum secernitur omphalos idem.

Trigonus
 Tripleu-
 Isopleuros
 Isosceles.
 Scalenen.

Angulus
 triplex.

¶ Linea est sine latitudine altitudineq; longitudo. Lineę tres directę di-
 uersa positione trigonum faciunt. Est autem trigonus qui triangulus
 ternio, triquetra dicit. γωνία enim angulus est. Gręcis itē tripleuros. i.
 tria habens latera appellatur: πλεуρα enim latus est: vnde pleuresis.
 Triplex est ergo trigonus: aut enim est ἰσοπλευροσ qđ æquilatus vel
 æquilaterū latine dicit (ἰσοσ enim æqualis est) qđ tribus lineis æqualib;
 lateribusq; cōcurrit. Aut ἰσοσκελεσ: qđ ex trib; lineis duas habet æqua-
 les: quibus quasi cruribus insistit. Ideo æquicuriū latini dicūt δκέλοσ
 enim crus dicit. Aut σκαληνοσ: qđ omnes tres lineas inter se habet in-
 æquales. σκαληνοσ enim numerus est dispar. Hęc ex Martiani capelle
 libro sexto. Angulorum idē tria ponit genera. Nam aut iustus est, aut
 angustus, aut latus. Iustus qui directus semper est idem. Angustus qui
 acutus est & semper mobilis. Latus vero obtusus mobilisq; similiter.
 ¶ Tres coit in ptes &c. Numerus perfectus. i. ternarius in tres partes. i.
 in nouē multiplicatus: si secum ter trina. i. nouem acceperit: erūt octo-
 decim. qui numer; dissoluitur adq; nihilum redigitur per ter tria cōter
 trinis. Illud enim cū grege ter trino bis esse astruendū putamus. ¶ Tres
 primus par impar &c. Prim; par & primus impar. i. quinq; habēt tres
 & numerū inter tres & quinq; mediū. i. quattuor hoc est tres quattuor &
 quinq; faciunt duodecim: quorū qui medijs est. i. senarius inter quinq;
 & septē interponit. Senarius autē cū duodenario denos & octonos com-
 ponit. Octodecim in tres triētes. i. tertias ptes (quę sunt sex) diuidunt.
 Quomodo senarię partes quę sunt æquipares ex ternaria partitione
 dirimuntur pereuntq; Nam ex octodecim ter sex si detraxeris: numerus
 peribit totus. Itemq; si mediū triplex ex paribus cōstans. i. quattuor, sex
 octo dempseris: numerus etiā totus peribit. Quoniā tamen intricata
 nimis verba sunt implicata: ideo ordine suo hic ea digerimus. Nume-
 rus pfectus coit in tres partes (Ternarius enim ex se pfectus nouenarij
 pars est tertia) coit inquā ita: vt idem ternarius cū grege ter trino dissol-
 uatur per ter tria cum grege ter trino. Primus par & primus impar. i.
 quinar; habet secum tres & mediū. i. quattuor. i. tria quattuor, & quinq;
 duodecim cōficiunt. set ipse qui est medijs ex duodecim hoc est senarius
 vn; .i. solus diuidit quinq; & septē: qui senari; posit; in numero toto. i.
 cum duodecim sub acumine centri. i. eo ordine quo a monade occęptū
 est distinguit trientes solidos cubo pereūte. i. excepto. Distinguit inquā
 dirimens æquipares partes. i. senarios ex impare terno. i. ex ternario qui

est impar: dimmens triplex mediū. i. quatuor, sex, octo ex paribus: hæc enim media sunt paria quū idē omphalos. i. medius quatuor sex & bis quaternorum. i. octo secernitur ¶ Sub acumine centri. i. sub monade. Nam vt circuli centrum: ita numeri monas principium est. ¶ Triētes solidos. i. senarios. Est enim senari⁹ pars tertia octonarij decimi Triēs vero totius est pars tertia. Solidum & de numeris & de quātitate dicit. Vt Martianus Capella libro sexto solidam appellat figurā tribus longitudine latitudine altitudine cōstantem. Vtq; solidior cēsetur quadrata figura q̄ triangula: ita in numeris: cubum primum hoc est bis bina bis q̄ trientem. i. trina bis solidiorem esse putamus. ¶ Cubo pereunte. In codicibus fere oibus cæbo non cubo scriptum inuenio. Quintianus item in Epographia tertia cæbum producere primā affirmans Ausonianum hoc carmen aduocat. Quid sit cæbus legere non memini: nisi apd Aristotelem capitibus octauo & nono libri de natura animalium primi. Vbi dicit animalia quedam esse natura ancipite: que partem hominem, partim quadrupedem imitentur. Veluti sunt hæc tria simia, cæbi, canicipitis. Cæbus enim simia est caudā gerens. Set quid ad hanc rem nostrā? Cubo itaq; non cæbo legendum esse putamus: quo scriptū modo in Tacuini codice inuenimus. Quod quantū cohæreat sententiæ iam explicauī. ¶ Omphalos. i. medius. δαφ αλόδ enim vmbilicus dicit. Vmbilicum autem pro medio dici nemo Latiniēsis ignorat: qui Strabonis interpretē legerit: qui libro nono ait: quum iupiter medium terrę nosse optaret: tum aquilas duas dimisit vnā ab oriente alterā ab occidente: que ambe hunc in locum coierunt. Inq; templo mōstratur vmbilicus: cui duę incubāt imagines aquilarum: quocirca telluris vmbilicum Delphos appellabāt. Vmbilicum tamen pro fini acceptū nō ignoramus: vnde ad vmbilicum adducere proverbialis est sententiā pro finiri vsurpata. Hi autem quorum hic potissimū meminit Ausonius cum ternario multā habent cōsuetudinē. Nam vnum, duo, tria, sunt sex. Trina bis itidem sex. duo quatuor sex, sunt duodecim. Ter itē quaterna sunt duodecim. Quinq; sex, septes, sunt octodecim. quatuor sex octo totidem faciūt: faciunt item sena ter octodecim.

Ius triplex: tabulæ qd̄ ter sanxere quaternæ
Sacrum: priuatū: & populi cōmune quod vsq; est.

¶ Triplex est ius Romanum in tabulis duodecim scriptum sacrum, priuatum, publicum. Nam quū Romana plēbs seditionibus cottidianis a patribus dissideret: ne quis inimicitiarum locus esset: extraneas leges accersiti placuī. Tres ergo legati Athenas mittuntur Sp. Posthumius Albus Pub. Sulpitius Camerinus A. Manlius: qui Solonis leges inclytas transcribere: altarumq; terrę Græcię ciuitatum morem & instituta noscere iubentur Anno hinc tertio Romam cum Atticis legibus redeunt. Tribunis plēbis instantibus decemviri creantur. Ne quis eo anno alius sit magistratus cauetur: itaq; a decemviris ad alios prouocari nō potest. Condēdis legibus opera datur. Decemviri tabulas pro-

Solidum.

Cæbus.

Delphi
vmbilicus
terre.

Ius triplex.

Tabula
duodecim

ponunt: ad cōcionem populū aduocant: qđ bonum, faustum, felix
 rei publicę, ipsis, ipsorumq; liberis esset: ire & legere iubent. Se quātum
 ingenijs hominum decem prouideri potuit: summis omnibus infi-
 misq; iura æquasse: multorū ingenia atq; cōsilia plusq; sua pollere pro-
 nunciant: Vnamquanq; rem vt versent animo ciues atq; agitent: quid
 ve in re quacunq; plus aut minus esset in medium conferrent: hortan-
 tur. Eas enim leges Romanū populū esse habiturū prædicant:
 quas consensus omnium non iussisse latas magis: q̄ tulisse videri pos-
 sit. Quam ad rumores hominum correctę satis videntur: centurias
 comitijs decem tabularum leges proferuntur. Quę nunc quoq; in hoc
 tam immenso cumulo legum acruatarum fons
 omnis priuati iuris est atq; publici. Latis ergo legibus decemuiri ma-
 gistratu se abdicant. Vulgatur deinde rumor duas desse tabulas: qui-
 bus adiectis absolui posse quasi corpus totum Romani iuris. Crean-
 tur ergo alij decemuiri: qui duas legum tabulas ad decem prioris anni
 adijciunt. Authores sunt L. fenestella capite decimo quarto de Roma-
 nis magistratibus, & Ti. Liuius libro tertio primę Decadis. Eburneas
 tabulas esse alij: alij æneas putauerunt: vt Pomponius Lætus memi-
 nit. T. tamen Liuius dicit leges decemuirales (quibus tabulis duode-
 cim nomen est) in æs incisas in publico Romanos posuisse. Scriptę sunt
 autem leges decemuirales: vt sacrę leges & alia quedam edita publica
 lingua latina eadem quā sub Latino & regibus Tuscię ceteri quidem
 populi in ipso Latio loquebantur: vt Crinitus capite tertio tertij libri
 meminit. Ius duplex tantum numerat Liuius priuatum & publicum
 Iustinianus item aut (si maius) Trebonianus libro institucionum pri-
 mo iuris duo tantum genera ponit publicum & priuatum. Publicum
 (inquit) est qđ ad statum Romane rei spectat. Priuatum est qđ ad vtili-
 tatem singulorum pertinet. His autem duobus sacrum ius adiungit
 Aufonius. Iuris authore Iustiniano tria sunt præcepta honeste viuere:
 alterum non lædere: ius suum cuiq; tribuere. Ius item triano est diui-
 sum: aut enim est naturale, aut gentium, aut ciuile. Ius naturale: est qđ
 natura omnia animalia docuit. Cōmune est enim (vt ait Cicero offi-
 ciorum primo) animalium omnium conuentionis appetitus pro-
 creādi causa: & cura quedam eorum quę procreata sunt. Nō est ergo ius
 istud humani tantum generis proprium: set omnium etiam anima-
 lium quę in cælo, quę in terra, quę in mari nascuntur. Ius gentium est
 quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit: qđ apud omnes
 populos perque custoditur. Ius autem ciuile est id qđ quisq; populus
 sibi ipse constituit: quod ciuile ideo appellatur q̄ sit ciuitatis illius
 proprium. Quo autem modo leges promulgabat Romana antiqui-
 tas retulisse ab instituto nostro non sit proxius alienum. Lex igitur (vt
 ait Beroaldus in commentario in primam Ciceronis Antonianarum)
 nundinis ternis promulgabatur: eratq; integrum per id tempus inter-
 cedere ac tollere: si parum quid probaretur: aut quid ineffet vitij. Vbi ve-
 ro trinundino lata erat: inq; tabulis æneis incisa: rescindi amplius in-
 firmariq; non licebat. Trinūdinum autem dictum est: a diebus trium

Tabulæ
 duodecim
 Decemuir-
 ales leges.

Iuris præ-
 cepta.
 Ius triplex
 Naturale
 ius.

Gentium
 ius.
 Ciuile ius.

Legū apđ
 Romanos
 promulga-
 tio.

Trinundini-
 num.

nundinis. Nundinæ vero dicte sunt quasi nouendinæ. Nam Romani nundinas instituerunt (vt ex Macrobij libro Saturnalium primo didicimus) vt octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die intermisso iure ad mercatum legesq; accipiendas Romam venirent: vt q; scita & cõsulta frequentiore populo referrentur: quæ trinundino proposita a singulis atq; vniuersis noscebatur. Vnde etiam most tractus est: vt leges trinundino die promulgarentur. Nundina præter hæc erat Romanorum dea a nono die nascentium nuncupata: qui dies nonus Iusticus appellatur. Eo enim die Iustrantur pueri nomēq; accipiunt. Set is maribus nonus, octauus est fœminis vt prius dicebamus. In iudicijs ferendis nota triplex in vnam immittebatur: vt ait Afconius Pedrianus. Nā qui absoluebāt τ: qui dānabant σ: qui amplabant, id est parum liquere, causamq; agi denuo oportere significabāt λ immittebant.

Nundina dea.

Iudiciū triplici nota factum.

Interdictorum trinum genus: vnde repulsus
 Vī furto: aut vtrobī fuerit: quorum ve bonorū.

Interdicta sunt formæ quædam atq; conceptiones verborum quibus prætor iubet aliquid fieri: fieri ve phibet. Quod tū maxime fit: quū de possessione aut quasi possessione cõtrouersa est. Dicitū est autem interdictū quasi a prætore inter duos actorem & reum dicitū. Nec sine his tribus interdictū esse potest. Interdictorū triplex est diuisio: alia enim sunt prohibitoria, restitutoria alia, alia exhibitoria. Prohibitoria sunt quibus prætor prohibet aliquid fieri: vt si prohibeat vim afferri ei qui iure possidet: si ve prohibeat in loco sacro ædificari. Restitutoria sunt quibus prætor aliquid restitui iubet: veluti quū heredi iusto hereditatem occupatam, eiusve fructū restitui iubet. Exhibitoria sunt per quæ prætor iubet rem ipsam de qua est cõtrouersa exhiberi. i. in publicum produci: vt videndi tangendiq; & experiundi sit ei qui agit facultas. Altera partitio est. Interdictorum quædam sunt ad ipiscēdē hereditatis causa comparata, quædam retinendē. Ad ipiscēdē possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori: qd appellatur Quorum bonorū. Veluti si quis hereditatem alienam sciens nesciens ve occupat: exq; prætoris sententia eam reddere cogitur: is cui redditur modo quodam adipiscitur. Ei enim soli utilis est possessio. Nam qui adeptus amisit eam: hoc ei interdictum est inutile. Interdicta retinendæ possessionis causa comparata sunt quando ab vtraq; parte de propria rei alicuius possessione est cõtrouersa: & ante queritur: vter ex litigatoribus possidere, vterq; petere debeat. Multum enim refert vter possideat. Nam qui possidet: licet iure nullo: possessionem tamen retinet: si non potest actorem pbare suam. Ideo plerūq; & fere semp multa existit cõtētio de ipsa possessione. Tūc enim prætoris sentētia hereditatis possessionē retinet is: qui nec vi, nec clam, nec p̄cario a rpe litis cõtestat possidet. Eius autē

Interdicta.

Prohibitoria interdicta.

Restitutoria interdicta.

Exhibitoria interdicta.

Adipiscēdē interdicta.

Quorū bonorum.

Retinendī interdicta.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Vti possidetis.** interdici duo quondam fuerunt genera: alterum quod vti possidetis: alterum quod vtrobi appellant. Interdictio vti possidetis de fundi & ædium possessione contendebar: quo vincebat is: qui interdici tempore possidebat: si modo nec vi nec clam nec precario nactus fuerat ab aduersano possessionem: etiam si alium: cui nullum erat ius: vi expulerat, aut clam arripuerat, aut aliqui precario rogauerat: vt sibi possideret. Vtrobi interdico de rerum mobilium possessione contendebar: quo vincebat is qui maiore eius anni parte nec vi, nec clam, nec precario possidebat. Recuperandæ possessionis causa solet interdici: si quis ex fundi possessione aut ædium vi deiectus fuerit: qui deiecit possessionem restituere compellitur. Licet ab eo qui vi deiecit vel vi, vel furtim, vel precario accepti. Tertia est interdictionum diuisio: quod simplicia sunt aut duplicia. Simplicia sunt: in quibus actor alter est: alter reus. Duplicia: in quibus par vtriusque litigatoris conditio est: nec quisque præcipue reus vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei quam actoris partem sustinet. Hæc ex libro quarto institutionum Iustiniæ. ¶ Vi furto. est interdictionum recuperandæ possessionis gratia comparatum. ¶ Vtrobi. est retinendæ. Dicitur est autem vtrobi qua forma & neutrobi, id est in nullo ex duobus locis. Plautus in Aulularia. Neutrobi habeam stabile stabulum si quid diuortij fuit. significat igitur vtrobi in aliquo ex duobus loco: vel apud alterum ex litigantibus. ¶ Quorum ve bonorum. est adipiscendæ, id est ad quos bona sint. Aqua & igni interdici solet damnatis. vt Sextus ait Pompeius quia hæc duces humanam vitam continent. Cicero in Lælio. Non aqua, non igni, non aere (vt autem) pluribus locis vtimur: quæ amicitia. Lactantius capite decimo secundi libri aucthor est a veteribus institutum esse: vt sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sancirentur: eo quod fœtus animantium calore & humore corporentur, atque ad vitam animentur. Plutarchus item in problematibus ait nouam nuptiam quum in matrimonium datur ignem & aquam tuberi attingere. Qui etiam funus profecti redibant: aqua reperi ignem supergrediebantur: quod purgationis genus vocabant suffitionem: vt ait Pompeius. Quoniam de damnatis loquebamur: tres esse puniendi causas ex A. Gellij capite decimo quarto libri sexti dicere lubet. Vna est quæ *πονηροία* vel *κόλασίο*, vel *παραμειο* dicitur: id est commonitio, vel animaduersio, vel monitio: quum poena adhibetur castigandi atque emendandi gratia: vt is qui fortuito deliquit: atque tior fiat correctiorque. Altera quæ *τιμωριον*, id est poenam appellant. Ea causa animaduersio est: quum dignitas authoritasque eius in quem est peccatum tuenda est ne prætermissa anima duersio contemptum eius pariat honoremque leuet & minuat. Icirco id ei vocabulum ab honoris peruatione factum esse putat. Tertia est quæ *παρόδειγμα*. i. exemplum nominatur: quum punitio propter exemplum necessaria est: vt ceteri a similibus peccatis (quæ prohiberi publicitus interest) mesu cognitæ poenæ deterreantur. Platonem duas tantum puniendi causas posuisse primam & vltimam earum quas dicebamus ibidem A. Gellius meminisse. Id quod

Cicero emulari videtur. Verba cuius hæc sunt ex libro officiorū primo. Haud (inquit) scio an satis sit eum qui læcesserit iniuriæ suæ pœnitere: Ciceronis locus. ut & ipse ne quid tale posthac cōmittat: & cæteri sint ad iniuriam tardiores. Hæc ille. Peccanti igitur peccatiq; pœnitenti non esse putat ignoscendum: ne posthac tale quid cōmittat: exēploq; suo cæteri sint ad peccata tardiores. A ternario nostro nōdum discedimus. Apud Erafinū paræmia est. Dicat tria ex cura: tūc vsurpatū quū quis loqueret̃ petulātus: sed magno suo malo: aut alicui imprecaretur exitiū. Antiquus enim qui iudicium sentētis essent viſa abiudicati priusq; ad mortem duceretur: ea eis concedebatur facultas: ut vino ciboq; expleti tria quædā quæcumq; libitum esset dicerent.

Dicas tria
proverb.
Iudicatus
homo.

Triplex libertas. Capitūq; minutio triplex.
Trinum dicendi genus est: sublime: modestum:
Et tenuisilo. Triplex quoq; forma medendi
Quæ logos: aut methodos: cuiq; expiētia nomē.
Et medicina triplex seruare: cauere: mederi.

¶ Triplex libertas. Libertinorū statum fuisse triplicem iustiniānus libro institutionū primo meminit. Nam qui manumittebantur: modo maximā & iustam libertatem cōsequebantur: & fiebant ciues Romani. Modominorē & latini ex lege Iunia norbana habebāt. Modo infimam & fiebant Eliescentia deditorum numero. Sunt aut̃ libertini: qui seruitute iusta manumissi sunt. Manumissio est datio libertatis: ideo dicta. Nā quādiu aliq; est in seruitute manui atq; p̃tati suppositus est: & manumissus liberatur a domini potestate. Quæ res a iure gentium p̃fecta est: quippe quum iure naturali oēs liberi nascerentur. Quumq; vno cōmuni nomine omnes homines appellarentur: tria hominū genera esse cōperūt. Vnum liberorum: seruatorum alterum: tertium libertinorum. Triplex item erat libertas. Vna: eius qui liber natus est. Altera: eius qui cōsentiēte domino manumissus est. Tertia: eius qui recusante domino a præfore liberat⁹ est: ut Aesopū Phrygium fabulatorem prætor inuito domino Xantho liberasset: nisi domin⁹ tandem assensus fuisset. Nec de manumissionis genere triplici Aufonium dixisse putes. Quādoquidē iustiniānus idē multis fieri modis manumissionem scribit. Aut (inquit) ex sacris p̃stitutionibus in sacrosanctis ecclesijs: aut vindicta: aut inter amicos: aut per epistolā: aut per testamentum: aut per vltimā & quālibet aliam voluntatem: set & alijs multis modis seruo libertas cōpetere potest. Erat autem vindicta virga qua seruu ter percussum prætor manumittebat cum hisce verbis ter repetitis. Aio te liberum. De vindictæ vocabuli ratione vide T. Lium libro secūdo primæ decadis: & fufius apud Plutarchum in vita Valerij Publicolæ legere possis. Raso capite serui manumittebātur. Plaut⁹ in Amphitryone. Ego hodie, raso capite caluus capia pileum. Vindictam pro libertate vsurpat Perſius satyra.

Libertino-
rum status
triplex.

Libertas
triplex.

Vindicta.

- Festuca** quinta. Vindicta postq̄ meus a pretore recessi. Tenui itē festuca in serū iniecta manumissio fiebat. Idem in eadem. Hic hic quē querim? hic est. Non in festuca: sicut quē iactat ineptus. Plautus in Milite. Quid ea ingenua an festuca facta: serua an libera est? Circūagebat etiā: qui liber tatem nanciebatur. De quo Politianus capite octauo & nonagesimo Miscellaneorū. ¶ Capitisq̄ minutio triplex. Capitis diminutio (vt ait Iustinianus libro institutionū primo) est priors status p̄mutatio: quæ tribus accidit generib⁹. Nam aut maxima est, aut minima, aut media. Maxima: quā quis libertatē simul & ciuitatē amittit: vt ingratū liberti: quā ad seruitutē redigitur: vt hominis eius: qui ad precii participādū venūdari se passus est. Media quā ciuitas quidē amittitur: sed libertas retinetur: id qđ accidit ei cui aqua & igni interdictū est: ei ve qui in insulam deportatus est. Minima: quā ciuitas retinetur atq̄ libertas: set status hominis p̄mutatur. Quod ijs accidit: qui quū sui fuerint iuris alieno iuri subiecti sunt: vel cōtra. Veluti si filiusfamilias a patre emancipatus fuerit: capite diminutus est. Sextus tamē Pompeius. Diminutus (inquit) capite appellatur: qui ciuitate multatus est: & ex alia familia in aliam adoptatus: qui liber alteri mancipio datus est: qui in hostium potestātē venit: cuiq̄ aqua & igni interdictū est. ¶ Trinū dicendi genus est. In cammine & in soluta oratione probabilia dicendi tria sunt genera: quæ Græci & ἄδρῦ. i. copiosum, ἰχθῦρ. i. gracile, μέσορ. i. mediocre appellāt. Huberi dignitas atq̄ amplitudo ē: gracili venustus subtilitasq̄: medius in cōsino vtriusq̄ est particeps. His autem singulis orationis virtutib⁹ (vt alijs) æmula quēdā vitia pari numero agnata sunt: quæq̄ modū atq̄ habitum simulachris falsis ementiūtur. Vt sufflati & tumidi pro huberib⁹ fallunt: squalētes & ieruni pro gracilib⁹ dicūt. Inceriti & ambiguī mediocres esse putant. Trium horū dicēdi generū exempla sunt apud latinos. Apud Pacuuiū hubertatis: apud Lucilium gracilitatis: mediocritatis apud Terentiū. Tribus tria hæc Homerus tradidit. Magnificū & huber in Vlysse: in Menelao subtile & cohibitū: mistum moderatūq̄ in Nestore. In tribus itē philosophis Atheniētib⁹ tria hæc genera cognita sunt. Siquidē Carneades violēta & rapida. Scita & tertia Critolaus. Diogenes autē modesta & sobria dicebāt. Hęc ex A. Gellij capite decimo quarto libri septimi. Tria hæc dicendi genera sublime in Aeneide: humile in Buccolicis: in Georgicis mediocre Virgiliū obseruātasse nemo nescit. Tria hæc eadē dicēdi grā Quintilian⁹ duodecimo institutionū oratoriārū libro describit. Qđ autē est μέσορ: id ἀνεμπόρ. i. floridū appellat. Quorū primū mouēdi: scđm docēdi: delectādi tertū, siue aliđ iter cōciliandi: p̄stare videt officiū. In mouēdo em̄ grauitas: acutē in docēdo: in interconciliādo lenitas videt. ¶ Triplex quoq̄ & c. In tres sectas triptita est medicina: in logicen, in empiricen, in methodicē. Logice dicit latinorūnal medicina: qua abditas morborū causas inqrit. Empirica (quæ ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας. i. ab experiētia nomen accepit) ea est quæ in experimētis versat. Professores cui⁹ empirica noiant. Methodice est intermedia, & veluti in cōsino vtriusq̄ collocata. Dicitur eo qđ sit quasi via qđ eorū q̄ in morbis p̄mnia sunt. μεσο δὲ οὐκ ἐμπερις
- Capitis di-
minutio.**
- Dicēdi tria
genera.**
- Dicēdi si-
mlata tria
genera.**
- Pacuuius.**
- Lucilius.**
- Terentius.**
- Vlysses.**
- Menelaus.**
- Nestor.**
- Carneades.**
- Critolaus.**
- Diogenes.**
- Medicorū
secta tri-
plex.**
- Empirica
medicina.**
- Methodi-
ca medicina**

est via ad disciplinā. Methodici neq̄ rōnalibus medicis: neq̄ empiricis adnumerari volūt. Logicus medicus: qui etiā dogmaticus appellatur fuit Hippocrates medicorum maximus. Empirici fuerunt Philippus Cous, & Serapion, Alexandrinus. Methodicus Archigenes & Temison Logicen tantū Galenus probat: reliquas infestat. Hęc ex Beroaldo in cōmētarijs in vitam Domitiani apud Suetoniū. Serapion (vt Cornelius Celsus in proemio auctor est) rationalē disciplinā nihil ad medicinā pertinere primus omnū professus in vsu & experimētis eā posuit. Quē Apollonius & Glaucias, & aliquāto post Heraclides, Tarētinus, alijsq̄ nō mediocres viri ex professione ipsa se empiricos appellarunt. Marfilij⁹ ficin⁹ in eplis tradit hōiez corpē spiritusq̄ & aio p̄stare: corpus medicinē remedijs curari. Sp̄m (q̄ aēr⁹ sanguis vapor ē: & aīe corpisq̄ qdā quasi nod⁹) aeris odorib⁹ sonis & cantib⁹ nutriri atq̄ tēpari. Aim aut̄ diuinū diuinis theologiē mysterijs expiari. Apd̄ Aegyptios vna eadē facultas tribus occupata erat pharmacia fidib⁹ mysterijs. Medicinē quinq̄ ḡna ēē Plato putant: vt ē apd̄ Diogenē Laertiū lib. iij. Vnū est ei⁹: q̄ morib⁹ medicamētū potione s̄bueniat. Aliter: q̄ sectione v̄sioneq̄ curet: quā chirurgicā appellat. Tertijū: q̄ sola victus rōne & ordie arceat æḡnitudines. Quartū: quē ex celeri morborū discretione succurrat eḡrotis. Quintū: quā strēnuo auxilio dolores cōtinuo subleuet. De medicina q̄ in p̄mētario in eplam dicebam⁹: hic nō repetim⁹. ¶ Logos. i. rō. λόγος enim sermo & rō d̄r. Christi λόγοι: nos ἄββū appellam⁹: melius Gręciq̄ nos appellāt. Siquidē Christ⁹ est vox & sapiētia dei: vt Laſcati⁹ capi. nono quarti libri auctor ē. Nō aliena erit lectio si legas. Cui logos & Methodos cuiq̄ experētia nomē: ad hāc sniam. Triplex ē forma medēdi, ea cui logos. i. logice. cui methodos. i. methodice, & cui experētia. i. empirice nomē dedit. ¶ Seruare. i. in columatū ē retinere. ¶ Cauere. i. morborū causas euitare: morbisq̄ veniētibus occurrere.

Logica medicina.

Serapion.

Homo cōstat tribus

Medicina multiplex.

Chirurgica medicata

Verbum Christi⁹ d̄r.

Tres oratorum cultus regnata colosso.

Quem rhodos: actæ quem dilexistis Athenæ:

Et quem de scenis tetrica ad subsellia traxit

Prosa Asiæ in causis numeros imitata Chororū.

¶ Tres oratorū cult⁹ &c. Triplex dicēdi gen⁹ fuisse scribit Quintilian⁹ lib. institutionū oratoria: duodecimo Atticū, Asianū, Rhodiū. Atticū p̄ssum, integrū, emundū, limatū erat: nihil inane aut redūdās ferebat. Asiaticū inflatū, inane, tumidū, vaniore dicēdi glia iactabūdū. Qd̄ qdā (in qb⁹ ē Sātra) hoc putāt accidisse: q̄ paulatim sermōe Gręco in p̄xias Asiæ ciuitates influēte nodū sat̄ p̄iti loquēdi faciēdi cōcupierint. Ideoq̄ ea q̄ pprie signari poterāt: circuitu cōperit enūciare: ac deinde in ea p̄se uerauerit. Tertiū mox q̄ hęc diuidebāt adiecit gen⁹ Rhodiū: qd̄ velut mediū esse, atq̄ ex vtroq̄ mistū volūt. Neq̄. n. Attice p̄ssum est: neq̄ Asiaticæ abūdans: vt aliqd̄ videat̄ habere gētis: aliqd̄ authoris. Aeschines enim qui hunc exilio delegerat locū: eo Athenas studia intulit: que

Dicēdi tria genera.

Atticū dicēdi genus.

Asiaticū dicēdi genus.

Rhodiū dicēdi genus.

Aeschines exul.

FRANCISCVS SYLVIVS

velut sasa quæ dâ cælo terraq; degenerât. Atticum illū saporem pegrino miscuerūt. Lenti ergo quidē ac remissi nō sine pondere tamē: neq; fontibus puris, neq; turbidis torrētibus: set stagnis lenibus similes habentur. Nemo igit dubitauerit longe esse optimū genus Atticorū. In quo vt est aliquid inter ipsos cōmune. i. iudicium acre tersumq;: ita formæ ingeniorū plurimę. Hęc ex Quintiliano. Asiaticę orationis duo genera Cicero in libro de Oratore quarto scribit. Vnū sentētiosum sententijsq; argutum: non tam grauibus: est: veris q̄ cōcinnis & venustis. Qualis in historia Timęus. Aliud non tam sententijs frequentatum: q̄ verbis volucre atq; incitatum: quale est nunc in Asia tota: nec flumine solum orationis: set etiā exornato & facto genere verborū. In quo fuit Aeschylus Gnidius & Aeschines Milesius. In his erat admirabilis orationis cursus: ornata sentētiarum p̄cinnitas nō erat. Quę dicendi genera adulescentib; aptiora sunt: in senibus grauitatem nō habent. Regnata p̄cipium est sine p̄bo: vt triumphatus, erratus, laborat. Virgilius Aeneidos tertio. Terra p̄cul vastis colitur mauortia cāpis Thracēs arant: acri quōdam regnata Lycurgo. Idem in septimo. Regnata per arua Saturno quondam. Idē in p̄mo. Arte laboratę vestes. Idem in tertio. Talia mōstrabat relegēs errata retroisum littora. Idem in vndecimo. Ille triūphata capitolia ad alta Corintho. Author est Priscian⁹ libro vndecimo Tertulianus tñ in Apologetico orbem regnari dixit. ¶ Colossi authore Plinio capite septimo libri quarti & tricesimi statuę sunt tantę: vt turrib; equiparadę sint: quales multos multos in locis habuit antiquitas. Set ante oēs in admiratione: fuit Solis Colossus in vrbe Rhodod Aquo Rhodios Colossenses appellant. Colossum hūc Lyndius Cares Lysippi discipulus cubitorū septuaginta altū fecit. Quod simulacrum post annū quingētesimū sextum terrę motu prostratum cecidit. Iacens quoq; miraculo esse nō cessauit. Eius enim pollicem pauci amplectebātur. Maiores erant digiti: q̄ plærq; statuę. De fractis membris specus habāt maiores. Magnę molis saxa intus aspiciēbātur: pondere quorū illud stabiliuerat artifex. Quod opus annis ter quaternis. i. duodecim trecentis talentis absolutum est. Colossum hunc Rhodium Iouis non Solis eē simulacrum: idq; cubitorū septuaginta altum fuisse Strabo libro decimo meminit. Annumerat autē vnum e septem mūdi miraculis. Reliquorum autē nomina huc apponemus. Aegypti pyramides de quibus Herodot⁹ libro secūdo & Plinius capite duodecimo libri tricesimi sexti. secundum fuit Babylonis in mesopotamia a Semiramide cōstructio: de qua Herodotus libro primo & Aristoteles capite secūdo tertij libri Politicon. Tertium Dianę Ephesę templum: de quo apud Strabonem libro decimo quarto. Quartū est Aegypti pharos. Quintū est ara Dianę in insula delo: non autem Iouis Ammonis simulacrum: vt multi putantes hallucinantur: de qua Politianus capite secundo & quinquagesimo Miscellaneorū. Sextum Mausoli in Caria sepulcrū: de quo Herodotus libro septimo & A. Gellius capite vndeicesimo libri decimi meminerūt. ¶ Rhodos vrbs & insula in mari Carpathio dicta a Puella noie Rhodia quā Apollo amauit. Eam autē Apollini sacram

Asiatica
oratio du-
plex.

Regnata.
Participia
sine verbis

Colossus
rhodius.

Miracula
mundi.

Rhodos.

ideo putat: q̄ in principio insula paludib⁹ referta, admodūq̄ humida
 solis calore deficcata est: atq̄ ante alias focūda reddita est: vt ait Diodo-
 rus lib. vj. Iccirco Pindarus aurū pluisse Rhodi cōmētus est: vt est ap̄d
 Beroaldū in cōmentario Suetonij de Cæsare dictatore. Solinus tamen
 capite vicesimo tradit eā esse causam: quoniā nō est vnq̄ colū ita nubi-
 lum: vt in sole Rhodos non sit. Rhodi tria signorū milia fuisse Plinius
 capite septimo libri tricesimi quarti memorē pdit. ¶ Actē. i. litoralis.
 Νάκτις litus. Virgilius libro Aeneidos quinto. At p̄cul in sola secrefē
 Troades acta Amiffum Anchisen flebant. Acta sola, id est litore deserto
 ἀκτῶν litoralis dicit. Vel vt ait Seruius in cōmentarijs Buccolicon
 Virgilij ἀκτίο primo dicit sunt Athenē. Laetantius in cōmentario li-
 bri quarti Thebaidos Statij Actea (inquit) dicit regio attica. Martian⁹
 Capella libro sexto. Ab isthmi (inquit) angustijs Hellas incipit: a nostris
 appellata Græcia. In ea prima Attica antiquitus Acte vocitata. Non
 defunt tamen qui ab acteo rege indigna nomen sumpfisse contendant.
 Athenas fuisse trinas ante meminim⁹. ¶ Athenæ quæ dicitur sint ex M.
 Varone Egnatius Baptista octauo racemationū capite ita meminit.
 Enata forte (inquit) in Athenarū arce oliua aquarū itidem scaturigine
 mox emanante Cecrops Athenarum rex hisce portentis futurā metuit
 calamitatem: quē nā sit causa ne ignoret: legatos qui Apollinis oraculū
 consulant dimittit. Legati ostēdum nō esse ad calamitatē vllam signifi-
 candam renunciant: set deorū duorum inter se certatium contētionem
 esse: vter eorū Athenis imponendi nominis author esset. Per oleā enim
 Mineruā, per vndam Neptunum significari. Quare integrum & libe-
 rum nunc Atheniēfibus esse vtrius dei nomine ciuitatem appellādam
 velint decernere. Mares & foeminas (quæ etiā consultatiombus publi-
 cis aderant) ad ferenda sup̄ hac re suffragia Cecrops accessitri iubet. Ne-
 ptuno mares, foeminę Mineruę suffragātur. Foeminę vincunt vna plu-
 res. Quare indignatus Neptunus tam sup̄fluum effundit aquarum
 redundātiā: vt Atheniensium terram fere omnem vna maris facies
 occupauerit. Neptunū vt placent Athenienses victrices illas mulieres
 pœna triplici mulctant. Vt nequis vocet eas Athenias: vt nascentium
 nullus matris nomine appelletur: vt postea illarum nulla ferat suffra-
 gium. ¶ Et quem de scenis & c. i. Asiaticum dicendi genus: qđ in scenis
 tantū primitus est vsurpatum: set ad curiam quoq̄ senatoriā & foren-
 sem postea tractū est. Scena vt author est Seruius in cōmentario libri
 Aeneidos primi: inumbratio latine dicit. Antiquitus enim theatralis
 scena panetes nō habebat: set de frōditibus vmbacula querebāt. Postea
 tabulata in modū parietis cōponebant. Tria scenarum genera Vitru-
 uius capite octauo quinti libri numerat tragicum, comicum, satyricū.
 Tragica scena deformatur signis, rebuq̄ regalibus. Comica priuatoꝝ
 ædificiorum speciem habet. Satyrica arboribus ornatur speluncisq̄, &
 rebuq̄ agrestibus. Scena quo scribi modo debeat nō est cognitum satis.
 Secūdum Seruium qui d̄ nō τῆς ἐκκλῆσις inclināt: diphthongum non
 recipit. M. Varro libro de lingua latina tertio. Antea alij a alij o prepo-
 nunt: vt alij sc̄ptum, alij sc̄ptū: alij foeneratorem, alij feneratōre

Actea.
Atheng.

Athenæ
quæ dicitur.

Scena.

Sc̄ptū.
Fanus.

FRANCISCVS SYLVIVS

Fanifeca.

dicūt: sic fœnifeca & fœnifeca dicit: sic cælū & cœlum: quis varia origi-
nis eius sentētia id efficiat. A multis itē dubitari videm⁹ fœlix ne an fœ-
lix scribēdum sit. Nos autē cum Prisciano fœlix sine vlla diphthōgo scri-
bendū censemus. Veteres tamē fœlix cū duobus e scribebant vt virtus
quas esse diphthōgos veterum Politrianus capite quadragesimo tertio

**Felix sine
diphthongo.**

**Obscænū
vnde dicat**

Miscellaneorū putat. Set plerisq; in locis author est Prisciano morem
illū fuisse quondā: vt vocalis longa geminaref. A sēna obscænū inclina-
ri putat idem Varro: q; nisi in sēna palā dici nō debet. Obscæna verba
in sēna dici, verba illa diu Augustini capite quarto secundi de ciuitate
dei testant. Illam (inquit) turpitudinē obscænorū dīctorū atq; factorū
sēnicos ipos domi suę proludēdi causa coram matribus suis agere pu-
deret: quā per publicū agebant coram deorū matre spectante & audietē
vtriusq; sexus frequētissima multitudine. Ab Osciis Italię populis stu-
prum in concessē libidinis oscena dici eo q; eius ab Osciis inducta fuerit
cōsuetudo: Verrius putat: vt author est festus Pompeius sextus. Id qđ
non recipit Pompeius: quoniam apud omnes fere antiquos obscæna
dicta sunt quę mali ominis habētur. Virgilius libro Aeneidos tertio de
Harpyijs. Obscænas pelagi ferro violare volucres. Obscænas (inquit
Seruius) eas aues dicunt: quę cantu aduersa prædicunt. Idem in libro
duodecimo. Ne me terrete timentem Obscæne volucres. Obscænas vo-
lucres appellat furias. Priscian⁹ libro nono ab obs & cano componit.
Cæterum his excellentis doctrina viris relictari meū non sit iudiciū:
quid tamen super ea te sentimus paucis accipe. Obscænū componi ex
particula ob (quę circum significat) & nomine cœno: vt id sit obscenum
qđ in circuitu cœnosum est: set ad alia significat⁹ eius vt aliorū multo-
rum trāsijt Particula ob composita cum dictione a c incipietes acci-
piūt Authore Prisciano libro secūdo vt obscurus obscænus: quę eadem
vis est particule ab vt abscondo, abscedo. Quam vis ergo delige sentētia.

**Molo Cice-
ronis præ-
ceptor.**

¶ Tetrica ad subsellia. i. in forensem curiam aut senatoriam. Romani
magistratus græcis nunq; nisi latine responsa dabant. Ipsa enim volubi-
litate qua Græci valent plurimū excussa per interpretem loqui cogebant
tur: non in vire tantum: set etiam in Græcia & in Asia: quo latine vocis
honus per omneis gentes diffunderetur venerabilior. Author est Vale-
rius libro secūdo titulo de institutis antiquis: qui idem verba hæc sub-
nectit. Quis ergo (inquit) huic consuetudini quanunc græcis actioni-
bus aures curig exurdatur: ianuam patefecit? Vt opinor Molo rhetor
(quem Rhodium dixerunt) qui studia M. Ciceronis acuit. Eum nanq;
ante omnes exterrarum gentium in senatu sine interprete auditum con-
stat. Quem honorem non immerito cepit: quoniā vim summam elo-
quentię Romanę diuuerat. Quibus ex verbis cōiectura colligo Asia-
ticum illud dicendi genus fuisse in foro etiam vsurpatum. ¶ Tetrica,
id est vbi tetrici iudices aut senatores seueri & superciliosi sedere solent &
consultare. Nam Tetricus mons est in Sabinis asperissimus: vnde tri-
stes homines tetricos appellamus. Author est Seruius in cōmentario
libri Aeneidos septimi. ¶ Asia pars est mūdi tertia Noa enim designa-
uit illas tres orbis partes Asiam, Africam, & Europen: vt ante diluuiū

Tetricus.

Asia.

viderat. Testis est Berofus. De tribus his partibus Dionysius in libro de situ orbis (vt alij pmulti) meminit. Dicitur est Asia: vt tradit M. Varo libro de sermonis latini ratione primo: a nympba Asia: ex qua & Iapeto natus est Prometheus. Herodotus libro quarto Asiam Promethei vxorem appellat. ¶ Numeros. i. sonos. Virgilius in buccolicis. Numeros memini si verba tenerem. Tria sunt ppter hæc que dicendo efficiēda sint auctore Cicerone libro de claris oratoribus quarto: vt doceatur is apud quem dicitur: vt deficiatur: vt moueatur vehementius Tria (vt idem libro quinto memoræ tradit) vidēda sunt oratori: quid dicat: quo quicq; loco: quomodo dicēdum omnino est. Itemq; tria causarum genera libro de inuentione primo memorat. Demonstratiuum, id est laudatorium vel vituperatorium. Deliberatiuū. i. suasiuū vel dissuasiuū. Iudiciale. i. accusatorium, defensorium, aut petitorium. Idem in libro de oratore perfecto. Tria (inquit) ad dicendum faciunt: ingenium, ars, diligentia.

Asia

Tria in dis
cedo obser
uanda.
Oratori
tria vidē
da:

Tria ad di
cendum fa
ciunt.

Orpheus i tripodes qa sūt tria terra aqua flāmē

Triples sideribus positus distantia: forma:

Et modus. Et genitrix modulorū musica triplex

Mista libris: secreta astris: vulgata theatris.

¶ Orpheus in Tripodes. Orpheum de numerorum ratione librum scripsisse putam: vt de M. Varrone prius dicebam: Egnatius enim Baptista racemationū capite vltimo de numeris locutus pro ternario numero atq; septenario eum citat. Secundum (inquit) Orpheum tria ab initio rerū principia pullularūt. Nox terra & cælū. Tria tamen alia hic numerat Ausonius terrā, aquam, ignē. Nam quū nouem esse de nature principijs opiniones numerabam: eam esse sextā ponentiū tria aquā ignem & terram dicebamus. Tripodas autē ideo fortasse appellat Orpheus: quia que in eis scripta sunt libris diuina sunt & nō minus vera: quā si ex Apollinis tripode fuissent profecta. Erat autem Tripos Lauri species tres habens radices Apollini cōsecrata propter triplicē vim diuinationis. Nam & sol presentia videt: presentia cernit: futura visur: est: vt auctor est Lactantius in cōmentario libri Thebaidos primi. Huic persimile est illud quā Martianus Capella libro nono tradit. Tripos (inquit) trini cursus præfagia pollicetur: hoc est extantis, inslātis, & rapti. Est etiam tripos (vt ibidem ait Lactantius) mēsa Apollinis corio phytosis serpentis tecta. Baptista Pius in cōmētario libri primi Lucretij memorię dat tripodem esse machinam tribus constantem gradib: per quā tutus esset pythiæ in Apollinis specum descensus: quū responsa captaret. ¶ Triplex sideribus positus &c. Triplex est positio & consideratio in siderum ratione collocata: quantum distent: quæ forma sit: quæq; insit harmonia. De forma ideo prius loquimur: quoniam de distantia & modo simul est loquendum aptius. Sidera spherica, id est rotunda esse figuræ Aristoteles libro secundo de Cælo & mundo affir:

Tripos.
Diuinatio
triplex.

Stellarum
quæ forma.

FRANCISCVS SYLVIVS

mat. Cuius in sententiam concedit Cicero. Eiusq; verba hæc sunt ex libro de natura deorum secundo. In æthere (inquit) astra voluūt: quæ & se nisu suo globata continent: & forma ipsa figuras & sua momenta sustentant. Sunt autem rotunda: quibus formis minime noceri potest. Sunt autē stelle natura flammæ: quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur: ijs: qui a sole ex agris tepefactis & ex aquis excitant: quibus alit̃ renouatq; stellæ, atq; omnis æther refundit eadem: & rursum trahunt in idem: nihil vt fere intereat: aut admodū paulum: qd̃ astroq; ignis & ætheris flamma cōsumat. Ex quo euenturum nostri putant id: de quo Panetium addubitare dicebant: vt ad extremū omnis mundus ignesceret: quū humore consumpto neq; terra ali possit: neq; remearet aer: cuius ortus aqua omni exhausta esse non possit. Ita nihil relinquit præter ignem. A quo rursum animante ac deo renouatio mundi fieret: atq; idem ornat⁹ oriretur. Hęc ille. Quū igitur dicat Cicero sidera pasci nutritiq; terræ & aquarum humoribus: locus est Virgilianus: qui nunc offert se emendandū. Sic enim legūt omnes in libro Aeneidos primo.

Stellæ: pabulum.

Mundus ignescet.

Virgilius locus emendatus.

In freta dum fluij current: dum montibus vmbre

Lustrabunt: conuexa polus dum sidera pascet:

Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebūt. Vbi polus scriptū est esse adulterinā vocem & supposititiā autumem. Vna igitur litera fere eiusdē formæ mutata palus scribendum est: vt ea sit sententiā: quādiu palus, i. humor pascet sidera conuexa, id est rotūda: semper honos &c. Priore enim carmine de mūdi perpetuitate meminit. Mū dumq; nunq̃ peritūrum dicebat Cicero: quādiu hæc terræ marisq; & aquarū humoribus sidera alerentur. Adde qd̃ super his astrorum nutrimentis in eodem libro secūdo meminit Cicero. Solis (inquit) candor illustrior est: q̃ vltus ignis. Quippe qui immēso mūdo tam longe lateq; colluceat: & is eius iactus est: nō vt tepefaciat solum: set etiam sæpe cōburat: quorum neutrum faceret: nisi esset ignitus. Ergo (inquit) quum sol igneus sit: oceaniq; alatur humoribus (quia nullus ignis sine passu aliquo possit permanere) necesse est aut ei similis sit igni: quem adhibemus ad vsum atq; ad victum, aut ei qui corporibus animātium continetur. Atq; hic noster ignis: quem vltus vitæ requirit: cōfector est & cōsumptor. Idemq; quocunq; inuasit cūcta disturbat atq; dissipat. Contra: ille corporeus, vitalis, & salutaris omnia cōseruat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit. Negat ergo esse dubium: sol horū ignium vtri similis sit: quū is quoq; efficiat vt omnia floreat: & in suo quoq; genere pubescant. Quare quū solis ignis similis eorū ignium sit: qui sunt in corporibus animātium: solem quoq; animātem esse oportet: & quidem reliqua astra: quæ oriuntur in ardore cęlesti: qui æther vel cælum nominatur. Hęc ille. Author idem Probabile est (inquit) præstantem intelligētiam in sideribus esse: quæ & æthereā partem mūdi incolāt: & marmis terrenisq; humoribus longo intervallo attenuatis alantur. Idem libro tertio. Nobis (inquit) placet omnē ignem passu indigere nec permanere vilo modo posse nisi alatur. Alii autem solem, lunam, reliqua astra aquis alia dulcibus alia marinis. Eamq; causam Cleantes: quæ se sol referat: nec longius p̃gre-

Æther.

diatur solstitiali orbe: itemq; brumali ne longius discedat a cibo. Nunc autē concludat illud qđ interne possit: id ętherium nō esse natura: ignē autē interitū esse nisi alatur: nō esse igitur natura ignē sempiternū. Hęc ille. Cuius a sentētia non discedit Plutarchus: quū libro de placitis philosophorū secūdo. Stoici (inquit) solem subiectū sibi alimētū percurrere trahūm: nec vltra progredi dicūt. Esse autem Oceanum terram ve cuius expiratisbus pascitur. Vnde nō longule distita sunt hęc verba. Heraclitus solem atq; lunam eodē modo affici dicit. ambas enim siellas in scapham figuratas esse: ipsasq; illustrari spiraminib; humidis: vt cōspicue sint: solem quidē splēdidius: vt qui in aere liquidiore vestitur: set lunam turbidiorē: ex quo & fulciorem esse. Aristoteles libro Meteoron secūdo ex nōnullorum sententia refert solem virtute sua eleuare subtile humidum & dulce: quo se pascat, nutriat, & alat: alioqui corrumperetur: set quādiu habeat alimētum viuere: humidumq; soli esse alimētum: vt flammę. Solemq; flammę similem esse putarunt. Quā opinionem ridendam esse licet dicat Aristoteles: ad eam tamen Virgilium alluisse nō dubitamus. Poetas enim opiniones etiam vulgi aliquid, immo sapius imitari est in confesso. Virgilius libro Aeneidos primo. Quid tantum oceano properent se tingere soles. Vulgus enim putat solem quū occidit in mare decidere. Hanc nostram sentētiā firmiorem Seruiana sustinet autoritas. Cuius verba sunt in eo Virgilij loco. Pasci (inquit) aquis marinis cęlestes ignes phisici dicūt. Lucanus Atq; vnde plusq; qđ digerat aer. Palus ergo nō polus legendū esse creditur. Lustrabūt autē in hisdem v̄sibus absolutū est pro lustrabūtur: vt in eodem primo. Scindit se nubes: & in æthera purgat apertum. i. purgatur. Quod dicendi genus Virgilio familiare est. Ab oratorio quoq; stylo nō est alienum. A. Gellius capite vltimo secundi libri. Fluctus qui flante aquilone maximi ac creberrimi excitantur: simul ac ventus posuit: sternūtur, & conflagescūt, & mox fluctus esse desinūt. Idē eiusdem libri capite duodecesimo. Vbi terram mouisse senserant: nunciatum ve erat: fenas eius rei causa edicto imperabāt. Posuit, id est positus est. mouisse, id est motā fuisse: id qđ adiunximus: quia multos in eius carminis interpretamēto herere videmus. Set ad stellarū formā redimus. Rotūdas esse stellas (vt ibidē tradit Plutarchus) vt lunā, solem, mūdū. Stoici putauerunt. Cęantes turbinales. Anaximenes clauorū in modum suffixas. Sunt qui bractęas ignitas esse putent tanq; picturamēta.

¶ Distātia. i. quātum distēt inter se sidera. De quo Plini; capite pmo & vicesimo libri secūdi. Interailla (inquit) siderum a terra multi indagare tentauerūt: & solem abesse a luna vnde igitur ptes: quātum lunā ipam a terra p diderunt. Pythagoras vero vix sagacis animi a terra ad lunam centū viginti quinq; milia stadiorū eē colligit. Ab ea vsq; ad solē duplū. Inde ad duodecim signa triplicatū. In qua sentētia Gallus fuit Sulpiti; Stellis tamē qui sit ordo nō eodem modo sentiunt omnes. Xenocrates em̄ in vna eadēq; superficie moueri putat. Plato post eas que in octauo celo hęrent Saturni stellā primā: secūdam Iouis, tertīā Martis: quartā Venenis: Mercurij quintam: sextam Solis: & Lunę septimā. Quidam

Poetas a vulgi opinionē ali- quādo nō discedere.

Actiuū v̄- bū absolūte positū.

Stellas esse Stellarū formā esse variam. Planetarū distātia.

Stellarum ordo.

FRANCISCVS SYLVIVS

mediū oim Solem. Anaximander, Metrodorus Chius, Chrates Solem omninū supremū esse cōstitutum: post quē lunā: infra hos errantes mer-
rantesq; vt Plutarchus meminit. ¶ Modus. i. modulatio, concentus
harmonia cælestis. Pythagoras (vt est apud Censorinū capite decimo

**Mūdi mu-
sica.**

tertio) hunc mūdum totū ratione musica factum esse putat: septemq;
stellas inter cælū & terram vagas (P. Nigidius erroneus appellat) motū
habere & v̄p̄v̄θ̄o μ. i. cōcinnū & interualla quēdā spatij musicis motum
habere cōgrua: sonitusq; varios reddere pro sua quāq; altitudine ita cō-
